

I. N. J.  
DISPUTATIO THEOLOGICA,  
DE  
**SECULO AUREO,**

*Quam*  
Favente DEO Triuno,  
*In Alma Argentoratensium Universitate,*

P RÆS I D E  
**VIRO Maxime Reverendo, Amplissimo,**  
*atque Excellentissimo*

**DN. JOHANNE NICOLAO**  
**HARTSCHMIDIO,**

S. S. Theol. Doctore, Ejusd. P. P. Celeberrimo,  
Capit. Thomani Canonicus, & Ecclesiaste,

**DN. Patrono, Fautore, atque Praeceptore suo**  
*omni observantiae, pietatis & amoris cultu semper*  
*prosequendo,*

SOLENNI Eruditorum Examini  
exponit

**GEORGIUS JACOBUS Engelbach/**  
Westhoviâ. Hanoicus,

Author & Respondens,

d. Septembr. Anno M DCC IV.  
in Auditorio Majori.

---

ARGENTORATI,  
Ex Officinâ JOSIAE STÆDELII, Acad. Typogr.

*175(38)*  B. 175. 38

Coll. diss. A  
175, 38

*175(38)*



ILLUSTRISSIMO ET  
CELSISSIMO COMITI  
AC DOMINO,  
DOMINO  
JOHANNI  
REINHARDO,  
COMITI IN HANAU,  
RIENECK ET ZWEYBRUCKEN, DY-  
NASTÆ IN MUNZENBERG, LIECH-  
TENBERG, ET OCHSENSTEIN, EPL  
SCOPATUS ARGENTINENSIS SU-  
PREMO MARESCHALLO ET  
ADVOCATO HÆREDI-  
TARIO,

*DOMINO MEO CLE-  
MENTISSIMO.*

**ILLUSTRISSIME ET  
CELSISSIME  
COMES,  
DOMINE CLEMENTISSIME.**



Uod has studii Theologici primitias *Illustriſſimo Nomiini Tuo* inscribere ausus sum, non eo factum animo est, quasi aut tenuitatis fortisque meæ oblitus, aut non humili obsequio fastigium

um Tuæ Celsitudinis perpetuò colam; sed ut hoc ipso gratissimum animum & ad omnia obsequia paratissimum humillimè declararem. Sive enim felicitatem illam gratâ mente recolam, quod benignissimum Numen me subditum *Tuum* esse voluit, *Domine Clementissime*; sive id, quod in maximis beneficiis & *Gratiæ Tuæ* testimoniiis colloco, quod è S. baptismatis fonte me suscipere *Clementissimè* es dignatus, undique argumenta sat gravia me circumstant, quibus inductus sum, ut gratissimâ mente humilique obsequio huic studiorum specimini *Illusterrimum Nomen Tuum* præfigerem. Igitur *Clementissime*

):( 3


*Do-*

*Domine, huic conatui meo, si publi-  
cas curas Tuas interrello, quas pro sa-  
lute subditorum Tuorum, (quos in-  
ter & ego meique sunt) indefesso stu-  
dio suscipis ; cum ardentissime desi-  
derio excitatus, *Tibi Domino* meo  
*Clementissimo* studia mea probari  
cupio, à *Cujus Gratia* mea meorum-  
que fortuna pendet, quam, ut *Gratiâ*  
*Tuâ Illustrissima* semper tuearis, est  
quod humillimis precibus obsecro*

**ILLUSTRISSIMI TUI  
NOMINIS**

*cultor & cliens subjectissimus*

**GEORGIUS JACOBUS ENGELBACH,**  
*Weckhovianus-Hanoicus, Author & Respondens.*



L. S.


à DEO precatur  
*Disputationis PRÆSES.*



Ultum quidem tribuendum  
esse Patrum priscorum scriptis, nullus  
est, qui ignoret, vel ex nostris qui neget; non ta-  
men ea servitutis lege, ut in opiniones ipsorum, vel  
verba jurare necesse sit, si quando liberius divagantur in explica-  
tione scripturarum allegorica; vel ubi dogmata quædam Eccle-  
siastica, (ut loquitur Hieronymus) pro veris sententiis spargunt,  
qualia dogmata aliquando spei, aliquando voti tantum sunt, non  
veritatis. Neque hac in re majorem nobis sumimus in Patres  
autoritatem, quam par est, aut ipsi exemplo suo nobis concesse-  
runt. Hieron. 18. Comment. in Jesaiam proæmio ad Eustochium Vir-  
ginem insigne exemplum hujus libertatis nobis præbuit, dum  
scribit: *Nec ignoro quanta inter homines sententiarum diversitas sit:*  
— *qua ratione intelligenda sit Apocalypsis Johannis: quam si juxta*  
*literam accipimus, judaizandam est: si spiritualiter ut scripta est*  
*differimus, multorum Veterum videbimur opinionibus contraire.* La-  
tinorum Tertulliani, Victorini, Lactantij: Græcorum, ut ceteros præ-  
termittam, Hirenei tantum Lugdunensis Episcopi faciam mentio-  
nem &c. Sic ergo contraire multorum opinionibus, non dubi-  
tavit Hieronymus præsertim in hoc dogmate Miliariorum, quod  
Judæis certe & Hæreticis originem potius debet, quam veritati, si  
vera sunt quæ idem notat Comment. 18. in Es. c. 66. f. m. 120. H.  
*Judai & Judaici erroris hæredes Hebionita, qui pro humilitate sensus*  
*nomen*

nomen pauperum suscepereunt: omnesq; milie annorum delicias pre-  
stolantes: equos & quadrigas, & redas, & lecticas, sive basternas,  
& dormitoria, mulosq; & mulas, & carrucas, & diversi generis ve-  
hicula, sic intelligunt, ut scripta sunt: Quod videlicet in consumma-  
tione mundi, quando Christus Hierusalem regnaturus advenerit: &  
templum fuerit instauratum; & immolatae Judaicae victima, de toto  
orbe reducantur filij Israël: nequaquam assumptis alis; sed Sarraco  
Gallico, convinisque bellicis & equis Cappadociae; & Hispaniae, ac re-  
dis Italiæ, & matronæ eorum lecticas referantur atq; basternis; ne-  
quaquam super equos, sed super mulos Numidia. Qui autem Senato-  
riae fuerint dignitatis, & locum principum obtinuerint: de Britannis,  
Hispanis, Gallisq; extremis hominum morinis, & ubi bicornis finditur  
Rhenus, in carrucis veniant, occurrentibus sibi cunctis gentibus, quæ  
eorum servituti fuerint præparate. Ita pro libertate digna tam e-  
rudito viro, scite Hieronymus. Non tribuimus quidem nobis vel  
eruditionem illam, vel facundiam & quicquid præstantiæ est Hie-  
ronymianæ; eandem tamen in dijudicandis aliorum scriptis & sen-  
tiendi libertatem amamus, præsertim cum Scriptutæ S. oracula,  
& explosi opinionum errores, ad eandem nos vel invitant, vel  
hortantur. Quapropter non existimamus quemquam offendere  
posse, quod de Miliariorum erroribus libere dictum in hac disser-  
tatione; veritas id expressit, & cura de cavendis Pseudo-doctori-  
bus, ne & apud nos orationi quoque Dominicæ hic error tribua-  
tur, quod apud alios factum novimus, ubi apud quosdam mos hic  
orandi invaluit, zufomm uns dein tausendjähriges Reich. Vo-  
luit ergo vires suas experiri Præstantissimus Dn. Respondens Auditor  
meus hactenus pluribus in Collegiis tum publicis, tum privatis dilectus,  
& cum miliariis congregdi, ut studia sua & profectus in Theologi-  
cis probaret Patronis, Parentibus & Præceptoribus quos vel in Alsa-  
tia natus est hactenus, vel deinceps apud exterros per DEI gratiam  
habiturus est. Nec infelicitter res cessit, sic ut studium & laborem  
laudare æquum sit: DEUS eundem Gratia suæ donis instruat, ut  
felici successu studiorum incrementa ea capiat, quæ ad Nominis  
Divini Gloriam, & Ecclesiæ emolumendum, Parentum denique  
gaudium plurimum aliquando conferre possint!

CAP. I.



I. N. I.

## CAPUT I.

*Ratio appellationis ex Ovidij descriptione  
vel Methamorphosi.*

§. I.

**S**imilitudinem quandam felicitatis non tantum gessit seculum illud, sed omnino felix appellandum fuit, quod à fabulosis Poëtis circumstantiis copiosis descriptum, & ob preciositatem suam ab illis aureum dictum legimus. Inprimis autem in fabulis Ovidij lib. 1. fab. 3. Metamorph. quippe qui omnia & varios felicitatis gradus in descriptione allegavit, & alia multa quæ hanc ætatem comitabantur, quando ita cecinit:

*Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo  
Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat.*

*Pœna metusque aberant, nec vincla minacia collo  
Aëre ligabantur, nec supplex turba timebat  
Judicis ora sui, sed erant sine judice tuti, &c.*

Comprehenduntur his & sequentibus verbis multa felicissima, quæ eo tempore contigisse dicuntur. Omnia enim tranquilla & pacifica, omnia recto ordine bene disposita canit, imò etiam eò extendebarur descripta felicitas ætatis istius aureæ, ut nemo la-

A

bu e

bore defatigaretur; tellus enim per se omnia dabat, inarata ferrebat, & cuique licitum erat, fructus arbore decidentes legere, iisque potiri, ut Poëta inquit. Quia igitur ob tantam felicitatem hoc Seculum eminebat, ideo quoque à cæteris tribus Seculis, nimirum Argenteo, Æneo, & Ferreo distinctum nomine fuit Seculum hoc, ut Aureum vocaretur. Eo quidem fine, ut quemadmodum hæc metalla inter se maximè differunt, aliudque alio preciosius habetur; ita etiam istæ quatuor ætates, longo à se intervallo distare significetur. Meritò verò primum Seculum quod abundat omnibus rebus, & in quo tranquillitas nunquam cessat, Aureum dictum, quia hæc metalla Aurum scilicet cæteris omnibus preciosissimum habetur. Hoc verò Seculum, quemadmodum exoptatum & ab omni perturbatione vacuum, ita jamdiu quoque desiit, nostrorum temporum facie confirmante nequidem umbram restare Seculi istius, adeò quidem ut bellorum crudelitas, terræ aratæ sterilitas, hominum discordia, aliaque similia, nos doceant, Seculum nostrum esse quasi illud ferreum, à Poëtis ordine ultimum collocatum, molestum negotiorumque plenum.

## §. II.

Licet autem certum nostra tempora aurco illi Seculo nequaquam respondere, quidam tamen subinde illud reducere conati sunt, dum sibi imaginantur, Seculum adhuc aliud aureum sperandum esse, illo jam dicto multò excellentiùs, quando Christus ante judicium extremum in terram redditurus, regnum quoddam terrenum summis deliciis tam spiritualibus, quam corporalibus, instituturus est, in quo Sancti cum Christo, deletis & oppressis omnibus impiis, visibiliter per mille annos ætatem otiosam & quietam traducturi felicissimè cum illo regnabunt, donec annis his peractis, judicis adventus ultimus & universalis mortuorum resurrectio sequutura sit.

## §. III.

Quemadmodum vero, huic sententiæ erroneæ de felicitate temporum adhuc expectanda, additorum non exiguus est numerus, ita quoque illi non tamen unanimiter in stabiliendo hoc Seculo Aureo & millenario, quod circumstantias hujus Seculi attinet consentiunt, sed valde discrepant. Alij enim crassius, vo-

luptati-

luptatibus nempe, conviviis, epulis, variisque luxuriis comple-  
tum; alij subtilius mundanum illud regnum defendunt, in quo  
pax Ecclesiae, perfecta justitia, mera tranquillitas & universalis  
conformitas regnatura sit, Priorem sententiam nimis carnalem,  
in primis superstitionis & fabulosis istis traditionibus α) Judæo-  
rum, doctrinæque pestilentissimæ hæresiarchæ β) Cerinthi, qui  
Christum merum dixit hominem, adscribere solent. \* Posterior-  
em subtiliorem scilicet, non pauci ex cœtu Christianorum op-  
inionibus suis erroneis & Scripturæ S. contrariis obtinere audent,  
licet & hi pro diversitate sententiarum distingui possint tam in  
Veteres, quam Recentiores. Illorum numero accenseri solent:  
γ) Papias, δ) Justinus Martyr, ε) Irenæus, ζ) Apollinaris, η)  
Tertullianus, θ) Victorinus Pictaviensis, ι) Nepos Aegyptius E-  
piscopus, κ) Severus, λ) Lactantius, μ) Coracion, & multi a-  
lij, &c. Recentiores seculi superioris & nostri, qui de novo  
controversiam hanc moverunt, & in Ecclesiæ proscenium redu-  
xerunt, scriptis quoque suis defenderunt, partim Aug. Confessio-  
ni addicti esse volunt, partim verò dissentient, ut Sociniani, Ana-  
baptistæ, Weigeliani, aliquique plurimi, de quibus infra Capitibus  
sequentibus plura dicenda occurrent.

α) Judæorum error somniat, Messiam in mundum adhuc ven-  
turum, qui reducturus sit Judæos in terram Canaan, atque in  
terra illa oppressis impiis, excitaturus regnum, Aureo Seculo si-  
milium, sic ut in isto regno illos excepturus sit insigni quodam  
convivio, quo omnis generis delitiis corporalibus fruituri sint.

ζ) Cerinthi pestilentis illius hæretici dogma, quod jure ma-  
ledictum appellamus, fuit illud, Christum ut merum hominem  
tandem aliquando resurrectum, & mille annos in terris cum  
suis in voluptatibus, Hierosolymis exauditurum esse, non desituris  
etiam in vita altera æterna.

γ) Papias de cœtero Cerintho melior, inter veteres primus  
semina opinionis de Seculo Aureo sparsit, & illis occasionem præ-  
buit, falsum hoc dogma amplectendi.

δ) Justinus Martyr ipse non negavit, se huic opinioni applau-  
sisse.

ε) Irenæum consensisse, Eusebius & Hieronymus ex scriptis e-  
jus judicant.

3) Apollinarius ab Hieronymo quoque cœteris adjectus, quippe qui à Papia in hoc non discessit.

4) Tertullianus fatetur quidem regnum millenarium & seculum aureum, (ut tradunt) attamen delicias non carnales fore sed spiritales affirmat.

5) Victorinus Pictaviensis numeratur & inter illos ab Hieronymo.

6) Nepos Episcopus Aegyptius more Judæorum millenaria quædam annorum corporalibus deliciis in hac terra futuris, piis decernebat.

7) Severus, juxta fabulas Judaicas, aureum de cœlo Hierosolymam expectavit.

8) Lactantius I. 4. c. 12. div. instit. suam sententiam his verbis prodit: tunc sublato de rebus humanis omni malo Aureum Seculum, ut poëtæ vocant, id est justum, ac pacificum tempus orietur.

9) Coracion à Nepotis Aegyptii sententia non alienus fuit, teste Eusebio.

Quæ verò singulorum de hac re fuerit sententia, sequenti Capite dicendum est; cum hoc ipso, nomina tantum Autorum indicasse, sufficiat, quibus sententiæ ejusmodi erronæ, solent tribui.

## CAPUT II.

### *Judaorum & Cerinthi sententia de hoc Seculo Aureo.*

#### §. I.



Iudæos merito in principio errantium de Aureo Seculo constituimus, non enim ignotum est ex Scriptura Sacra, quod semper aliquod regnum Messiae mundanum somniarint, hocque thema sacerdotes à Pharisæis disputatum esse, ex Scriptura apparet, quamvis Salvator noster frequen-

frequenter illis dixerit ex Evang. Joh. c. XVIII. v. 36. Η<sup>ε</sup> βασιλεία  
 ή εμή εκ εστιν τῆς κόσμου τέτοια, Regnum meum non est de hoc  
 mundo. Attamen hi increduli defixi in hāc p̄econceptā opinio-  
 ne & hypothesis, de Messia ejusque persona & officio cum Chri-  
 sto colloquuti sunt, ac si necessariō adveniens regnum terrestre  
 & mundanum inchoaturus, illosque à captivitate liberaturus es-  
 set, sic ut temporalem hanc libertatem, etiam crediderint disci-  
 puli illi in itinere Emauntico, quorum verba Luc. c. XXIV. v. 21.  
 hāc proponit: Ήμεῖς δὲ οὐλαπίζομεν, ὅπ πάντες θεῖν ὁ μέλλων λυτρεῖσθαι  
 πάντα Ισραὴλ, nos vero sperabamus, quod ipse esset, qui liberaturus esset  
 Israēlem: nimirum juxta illorum mentem à servitute illâ, qua sub  
 potestate & dominio Romanorum vivere cogebantur. Quan-  
 quam verò plurimi Judæorum his opinionibus addicti sunt, ma-  
 gnus tamen est dissensus inter Judæos priscos ante Christum na-  
 tum, & inter Judæos post Christi nativitatem ortos, & per to-  
 tum terrarum orbem nunc dispersos, quoad tempus, & modum  
 adventus Messiae, quomodo & quando nimirum in mundum ven-  
 turus; Plerumque enim quatuor mille annos à condito mundo  
 usq; ad adventum ejus numerant; qui quidem in eo non multum  
 aberrant, siquidem eo fermè tempore, ingressus Christi in mun-  
 dum factus; sed quia p̄æter opinionem ipsorum, cum non in-  
 star Regis p̄æpotentissimi, inimicos Judæorum Christus delevi-  
 set, sed potius, vili & miserrima forma in summa paupertate apud  
 eos ambulavisset, ideo illum repudiarunt & spreverunt, nec ab  
 illis pro vero Messia agnitus & admissus fuit. Multi verò ho-  
 diernorum Judæorum agnoscent quidem tempora adventus Mes-  
 siae p̄æteruisse, & reverâ illum natum, sed propter peccata sua &  
 vitam impoenitentem nondum revelatum esse dicunt; ad quæ-  
 stionem verò ubinam ille lateat? ignorantia autem vieti respon-  
 dent se nescire; nonnulli existimant jacere in Paradiso mulieris  
 capillo alligatum, & huc Salomonis verba in Canticō Cantico-  
 rum cap. VII. vers. 5. detorquent: Caput tuum super te ut Carmel-  
 lis & coma capitiū tui est tanquam purpura, qua Rex alligatus  
 est in ambulacris. Et licet in hoc dissentiant, vulgo tamen o-  
 mnes existimant, hominem nudum, vulgarem & plebejum fore,  
 quanquam reliquum hominum gregem variis virtutum generibus

superaturus sit, uxorem tamen illum ducaturum, liberos qui illi in regno succedant, procreaturum credunt. De quibus prolixius videri potest Buxtorf. in Synag. Jud. cap. 36.

## §. II.

Nec verò in persona tantum error hic aequiescit, sed varium & adventus iphius modum sibi falsò persuadent *talem*, quod oppressis impiis, excitaturus sit Messias, regnum tale, quod Seculo Aureo non dissimile sit, & quod magno præparato convivio, ineffabili lætitia corporali, & bonorum terrestrium incredibili copia & abundantia eives suos mactaturus sit; vel ad mille annos usque, vel ulterius adhuc, ut alij delirant: uti notat B. D. Seb. Schmid. Dissert. hist. Theol. de Chiliasmō Apocalypt. cuius hæc sunt: *Sic itaque fundamentum atq; originem Chiliasmi ponimus in Talmude, hoc est Iudeorum traditionibus & fabulis. Quamobrem Judæi recentiores falsam opinionem adhuc hodie apprehenderunt, dum sibi imaginantur formam quandam regni Chiliasmici & Seculi Aurei, tempore Messiæ sequuturam esse. Frustraneas eorum cogitationes de hac forma hujus regni, perspicuè prodit, incomparabilis ille Theologus B. Dn. D. Gerhard. T. 9. de Consummat. Seculi c. 7. §. 67. pag. 444. his verbis: Fingunt, Iudeos in terram Canaan esse reducendos, inq; ea omnis generis delicis corporalibus fruituros, cum primis verò insigni quodam convivio excipiendos, quod parandum sit ex Leviathan pisce, & Behemoth tauro, utroq; miræ magnitudinis animali ac vino de Gan Eden seu Paradiſo, quod jam inde à mundi origine ibi reconditum servetur, potandos; demortuos Iudeos putant resuscitatum iri, ut fiant hujus gaudij participes, utrosque tam vivos quam mortuos vitæ restitutos, ad multa secula sine morbo ac molestiâ, imò sine senectute vitam producturos, perpetuam aëri benignitatem sensuros. Bona gentium possessuros, in summa auri argenti & voluptatum abundantia perpetuò victuros &c.* Ex hujus Theologi Magni verbis, summam fabularum Judaicæ cum intelligere est, qualem nempè reductionem in terram Canaan credant, & quibus solemnitatibus à Messia in terrâ illâ benedictâ excipiendi sint, quisque sit faustus ille fortunæ flatus, quo sub illo utentur. Præmittunt scilicet congregationem Dispersorum Iudeorum ex universi mundi locis, qua facta solennis in il-

in illam regionem melle & lacte fluentem deductio futura sit, ubi deinde humanissimè & fraternè salutatos ad convivium illud regale cum magno apparatu & lætitia invitaturus sit Messias, quod convivium post ludos exhibitos mirificis & plusquam naturalibus ferculis instruetur, qualia alias nunquam conspecta fuerunt. Maxima enim animalia, jumenta, alites & pisces (ut fabulantur) mactabuntur, nec insolentes hos apparatus vinum destituet, siquidem convivis pocula non nisi de generosissimo & præstantissimo vino, è paradiſo, & in cella Adami vinaria adhuc reservato propinatum iri, delirant.

## §. III.

Quemadmodum verò solent Reges & Principes Mundi, diebus festis, vel nuptialibus conviviis, lætitiam capere ex ludis spectaculisque institutis, ita & Messiae ejusmodi adscribunt, quod more magnatum commissurus sit bestias in certamine, cuius initium faciet Taurus, in certamen cum ceto Leviathan descendens, quod Buxtorfius in Synag. Judaica. cap. ult. ita refert: *Taurum itaque inquit, Behemot, & immanem cetum Leviathanem in arenâ inter se committet, ut illorum lusu recreetur, uti scribitur; Iob. XL. v. 15. Omnes bestiae agri ludent ibi. Item; Psalm. CLV. v. 26. Leviathan iste quem formasti, ad ludendum cum eo. Taurus ergo currans, & recurrens, cornua sua in cetum acuet, quod Messiae gratissimum & jucundissimum erit, uti scribitur: Psalm. LXIX. v. 32. Gratius erit Dominus, quam vitulus cornua producens &c. Leviathan verò Tauro occurret squamis suis, instar thoracis & loricae, instrudus, visu horrendus & terribilis, uti scribitur; Iob. XLI. vers. 6. Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus &c. Hic pugna demum crudescet, sed irrito successu; quia enim aequalium sunt virium, uterque defatigatus corruet. Tum Messias gladio stricto utrumque confodiet & interficiet, uti scribitur; Ies. XXVII, 1. In die illâ visitabit Dominus gladio suo duro, & grandi, & forti, Leviathanem serpentem vedet, & Leviathanem serpentem tortuosum: Item Iob. XL, 14. qui fecit eum, gladium suum applicabit ei: Item Psalm. LXXIV. 13. Confregisti capita ceterorum. Prunas deinde verubus subjiciunt, & adjiciales illas epulas preparabunt uti scribitur, Iesa. XXV. vers. 6. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte*

hoc

hoc convivium pinguium, convivium vindemiae, convivium pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Pisces distribuentur, & hilariter epulabuntur, uti scribitur; Job. XL, 25. Concedent eum amici, dividunt illum negotiatores.

## §. IV.

Ludis his actis, præprimis Taurus jam dictus stupendæ magnitudinis Behemos appellatus huic inferetur convivio, & ut Rabbini ajunt, ab hoc principium suinturuim esse convivium, hic enim pinguefactus, (siquidem credibile hoc est, dum quotidiano tempore mille montes secundum Rabb. Schel, Jarchi & Kabhuenaki) depastus est, primo loco apponetur. Quod probant ex Talmudicis traditionibus, quando (teste Buxtorf. l. c.) cap. 5. pag. 74. Babha basra ita legitur: Pariter quoque ingentem bovem כהמורֵז, qui montes mille depascitur, marem & fæminam crevit; sed ne similiter multiplicarentur, ac per consequens totum orbem perderent & destruerent, quid fecit DEVS? mari viros decusit, & insestabilem reddidit; fæminæ verò, ne quæ taurum, juvencum vel vitulum ferret, sterilitatem immisit, & piis Iudeis in futurum seculum recondidit, uti scribitur, Job. XL. fortitudo ejus in lumbis ejus & virsus illius in umbilico ventris ejus. Hæc de Tauro Rabbinorum sententia est, quanquam nos non lateat Doctiores quosdam è Judæis hæc ridere, & allegoricè omnia explicanda atque intelligenda, contendere, in quo certamine fratres cadmæos libenter cognitimus.

## §. V.

Sed & cum reliquis ferculis apponentur alites, de quibus sciendum, quod illi eodem modo quo Taurus apparati, nimirum tosti & assati, mensæ inferendi sint; nominant præ aliis avem quandam Ziz quæ dicitur בֶּרְיָכָנָה Bar Juchne, cuius magnitudo quanta sit, patet ex eo, quod singunt ovum ejus è nido ejectum aliquando lapsu suo confregisse trecentos cedros & confractum submersisse sexaginta pagos, quodque ipsa avis expansione alarum suarum sphæram solis contegere posset, quod Rabbi Lehudam filium Simeonis dixisse affirmant, v. B. D. Gerh. l. d.

## §. VI.

Sed & tertio loco ingens ille cetus Leviathan, qui cùm TAUro jam antea pugnaverat, convivio inferetur, de hoc vero Rabini

bim ita nugantur: DEVM quinta die creasse pisces duos magnitudi-  
nu penè interminatae, Leviathan appellatos, quorum corporum vastis  
tatem cum ipso secum animo perpenderet, veritus ne omne piscium ge-  
nus a tam magnis belluis deglutiretur, & ne ab ipsis mare universum  
navigiis invium redderetur, sique humani generis commercia peni-  
penitus tollerentur, si ex illis proles propagaretur, occidit fœmellam, &  
ex ejus salitis carnibus falsamenta delicatissima paravit justis & ele-  
ctis suis post hanc vitam comedenda, masculum verò sibi vivum reser-  
vavit, ut cum eo succisivis diei horis quotidie luderet, quò accommodant  
illud Psalm. CLV. vers. 26. *Draco iste, quem creasti ut cum eo luderes.*  
quæ verba sunt B. Gerhardi l. c.

## §. VII.

Sed ne anima, desit tam opipare instructo convivio potes-  
quoque addetur, vinum scil. præstantissimum ac saluberrimum,  
ab ipsa creatione orbis in Paradiſo jam è vite expressum, & per  
tot millia añorum in cella nostri primi parentis reservatum, quo  
copiosius exhausto toti in lætitiam effundentur.

## §. VIII.

Finito hoc convivio, lautissimisque epulis, Judæis Messiam  
suum uxorem ducturum porrò fabulantur, ex populo universo  
Judæorum electam, pulcherrimam fore censem, ut eò magis  
delectari eâ possit, quippe quæ non à latere ejus dextro discessu-  
ra sit. Ex hac & liberos suscepturum nugantur, filios & filias,  
ita ut illi priores, successores in regno futuri sint, & populo Israë-  
litico dominaturi, has verò posteriores matrimonij fœdere Prin-  
cipibus jungendas & Magnatibus, unde postmodum omnis po-  
steritas in amplissimo dignitatis gradu collocata futura est. Ipse  
autem Messias, licet longævam vitam ducturus sit, non in æter-  
num tamen vivet, sed more mortalium cæterorum, mortem cum  
vita commutaturus est, quod quidam Rambam dictus ex verbis  
Prophetæ Jesaiæ probare studet, quando cap. LIII. v. 10. dicitur:  
videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu ejus di-  
rigetur; quæ verba ab illo modo exponuntur; longævus  
quidem inquit, erit Messias, sed tandem ipse quoque in magna  
gloria morietur, & filius ejus in locum illius regnabit, & ita de-  
inceps posteri omnes, ut refert Buxtorf. l. e;

B

§. IX.

## §. IX.

Sub his Messia<sup>z</sup> posteris felicitas aurea semper durabit, & de die in diem incrementum recipiet; omnibus enim Christianis & gentibus reliquis oppressis & subjugatis incolumes, cumque omni prosperitate & nulla adversa valetudine onusti, in ædificiis istis Christianorum labore ædificatis habitabunt, & ad senectutem usque ut juvenes adhuc robusti & vegeti vitam transacturi sunt. Omnes eorum imperio subditi, obtemperare illis cogentur, ut otiosi & preciosis vestibus amicti tantum deambulantes, sine ullo hoste, sine pugna, sine ulla denique adversitate in altâ quiete & tranquillitate, fructus suos ex agris & hortis colligere possint. Nullus tandem defectus ullius lætitiae erit, etiam quoad dona insignia, quibus prædicti futuri sunt. Pleni enim erunt omnes sapientia & cognitione DEI, ideo summus hujus Seculi Aurei gradus vix cogitationibus concipi potest, nedum ut verbis exprimi queat, quemadmodum singuli gradus distinctè describuntur à Buxtorfio citato loco, qui & Judæorum reliquias fabulas cum circumstantiis suis narravit. Nobis hæc de Judaica sententia dixisse sufficiat.

## §. X.

Adjungimus itaque fabulosæ Judaicæ sententiæ, illam quoque impiam, à Cerintho postea in Ecclesiam Christi introductam opinionem, qui quemadmodum, teste Epiphanio hæref. 28. & Philastrio hæref. 36. pag. 17. & August. de hæref. cap. 8. necessariam docuit circumcisionis & Sabbathi observationem, ita quoque merito semi-Judæus appellari, & dogma ipsius falsum & detestandum, priori non admodum dissimile addi potest. Vixit hic pestilens hæreticus tempore Trajani Imperatoris, vivente adhuc Apostolo Johanne, cuius dogma sicut varium, ita & hæreticum pestilentissimumque fuit; ex historia enim antiqua constat de eo, quod, quemadmodum impiè Christum ex congressu maritali genitum & nudum hominem blasphemavit; ita quoque regnum aliquod Christi ὡμίγειον, terrestre, in meris voluptatibus carnis consistens statuit, in quo homines libidinosè secundum carnales libidines & cupiditates Hierosolymis vivent, perque mille annos versabuntur, id quod verbis Eusebij histor. Ecclesiast. l. 3. cap. 28. edit.

edit. m. pag. 99. & 100. potius, quam meis recensere placet. Eadem tempestate (ita Eusebius) alterius heresis auctorem fuisse Cerinthum accepimus. De quo Cajus hac in Disputatione sua scribit : Sed & Cerinthus inquit, per revelationes quasdam à se tanquam à magno quodam Apostolo conscriptas, portenta quedam quasi ab angelis sibi ostensa commentus nobis introducit, affirmans post resurrectionem regnum Christi in terris futurum, ac rursus homines Hierosolymis degentes cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore. Additque (pergit Eusebius referendo verba Caji) hostis ille divinarum Scripturarum, mille annorum spatum in nuptialibus festis transactum iri, quo facilius imperitos homines decipiāt. Qua de re & Dionysius Alex. Episc. Fuit Cerinthi opinio, regnum Christi terrenum futurum. Et quarum rerum cupiditate flagrabat, utpote voluptatibus corporis obnoxius carnique addictus, in iis regnum DEI situm fore somniavit, in ventris, & earum qua infra ventrem sunt, partium explenda libidine: hoc est in cibo & potu, ac nuptiis, atque ut honestiori vocabulo ejusmodi voluptates velaret, in festis & sacrificiis & hostiarum matationibus ; quæ Dionysij verba citat Eusebius l. c. Paria de eo quoque habet Nicephorus l. 3. histor. Eccles. c. 34. & Isiod. l. 8. orig. tom. 1. p. 10. Satis ex his patet Cerinthi de Seculo Aureo, opinio, quæ cum non procul à Judaicæ discedat, merito ipsi quoque in expositione subjuncta est.

### CAPUT III.

*Proponit sententiam Christianorum, tam Veterum, quam Recentiorum.*

#### §. I.

**I**N plantanda Ecclesia Christi, sicut initio animi concordes multum contulerant, ut de die in diem incrementa caperet; ita & discordia, noxia dogmata, variaque schismata, inter membra primitivæ Ecclesiæ oborta, hostibus Ecclesiæ occasionem præbuerunt illam persequendi, quin & felicia incrementa impediverunt. Fuerunt au-

tem eorum dogmatum multa & varia, quibus nos quoque annumerare possumus sententiam nonnullorum Patrum controversam, & ab illis de novo motam & introductam, de regno aliquo Christi terreno. Quamvis enim omnes traditiones Judaicæ, in Ecclesia Christi, & cum illis etiam has oblivioni debuissent tradi, tamen contrarium factum fuisse, nos scriptores Ecclesiastici fide digni, docent, dum Authorem hujus Controversiæ nominant Papiam, quem alij sequuti fuere, docentes: Christum iterum ante judicium extremum in terras descensurum, fideles è mortuis suscitaturum, & unâ cum illis, per mille annos ante supremum mundi diem, in omni bonorum tum corporis, tum animi, affluentia, maximo cum splendore regnaturum. vid. Dn. D. Quenst. System. Theol. part. 4. c. 20. Sect. 2. quæst. 3.

## §. II.

Fuit autem Papias Hieropolitanus Episcopus Apostolicis temporibus proximus, non tamen Apostolorum discipulus, ipse enim in exordio operis sui fatetur, se nunquam audivisse vel oculis usurpare sanctos Apostolos, traditionem verò hanc à Presbyteris accepisse, quod notatu dignum contra illos qui Papiam discipulum S. Joh. Apostoli faciunt, inter quos est Corn. à Lapide Comment. in Apocal. cap. 20. p. 291. Hic igitur nimis credulus & parvi judicij, fabulas multas pro veritate Apostolica amplexus est, ideoque primùm διπέπων hanc Judaicam prodidit, quod B. Hieronymus de eo testatur lib. de scriptor. c. 18. scribens: *Hic, (Papias) dicitur mille annorum Iudaicam διπέπων id est, traditionem edidisse, quem sequuti sunt Irenæus, & Apollinarius, & ceteri, qui post resurrectionem ajunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum.* Eusebius l. 3. Histor. Ecclesiast. c. 39. occasionem hujus erroris in Papia hanc tradit, dum illum loquentem introducit: *Quod si quis interdum mihi occurrebat, qui cum Senioribus versatus fuisset, ex eo curiosè sciscitabar quenam essent Seniorum dicta: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Iohannes, quid Matthæus, quid ceteri Domini Discipuli dicere soliti essent: quidnam Aristion, & Iohannes Presbyter, Discipuli Domini prædicarent.* Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantum ex hominum adhuc supersti-

*perstitum viva voce.* Quæ verba probant, quod ille magnam tribuerit fidem traditionibus Apostolicis & ferè majorem, quam scriptis, ex quibus traditionibus deinde falso multa collegit, nec quæ ab illis per hypodigmata dicta sunt, ritè consideravit, unde postea millenium annorum post resurrectionem mortuorum futurum dixit, quo regnum Christi in hac terra corporaliter duraturum esset. vid. Euseb. l. c.

## §. III.

Nec ab hoc dissentit ferè Justinus Martyr, quippe ut supra dictum in Dialogo cum Tryphone pag. 240. Apocalypsin producit, & ita loquitur : *Vir quidam apud nos, cui nomen erat Iobannes, è duodecim apostolis Christi unus, in ea, quæ illi exhibita est, revelatione, Ἀποκάλυψε Christi fideles nostros annos mille Hierosolymis peracturos esse, præloquitus est, ac postea universalem & ut semel dicam, sempiternam omnium, unanimiter simul resurrectionem & iudicium futurum.* & pag. 307. ibid. ulteriore suæ mentis explanationem exhibit : *Ego, inquit, & si qui per omnia rectæ sententia Christianæ sunt, & carnis resurrectionem futuram novimus, & mille annos in Hierusalem restaurata & exornata & dilatata, sicut Propheta Ezechiel & Esaias & alijs promulgant : Hæc de Justino. Irenæum non multum hinc abiisse, Hieronymus in Catalog. Illustrium in cap. de Papia, & Eusebius l. c. testantur, qui aperte post Papiam occasionem scriptoribus Ecclesiasticis hujus erroris præbuisse dicitur, sic enim Eusebius pergit : l. c. Plerisque tamen post ipsum ( scil. Papiam ) Ecclesiasticis Scriptoribus ejusdem erroris occasionem præbuit, hominibus vetustate sententiam suam tuentibus : puta Irenæo, & si quis alius ejusdem opinionis fautor extitit. Plura habentur libr. 3. c. 23. pag. 352. ubi dicit : *Quotquot diebus hic mundus factus est, tot & millenii consummatur.* Ob quæ verba illi falsam hanc opinionem adscribunt, quia nimirum Chiliaстæ communiter existimant post sex millia annorum, quibus hic mundus durabit, sequuturum Sabbathum, sive septimum millenium, in quo perdendus ac ligandus sit Sathanas cum omnibus impiis, ut per hoc temporis spatium eò felicius cum electis Christus pacificum suum regnum instituere possit, postea autem extremum iudicium celebratum ire; hoc vero admodum lubrico fundamento;*

quanquam cum alij aliter de hoc sentiant, nos qui Patres ab erroris immunes optamus, in incerto nihil definimus. Conjugitur huic quoque Apollinarius, ab Hieronymo loc. cit. qui Papiæ successor. phanaticarum quoque ipsius opinionum fautor fuisse dicitur.

## §. IV.

Tertullianum porro etiam Seculum Aureum statuisse, notant, non quidem deliciis carnalibus, sed spiritualibus abundans. Et quamvis liber ejus de spe fidelium ab Hieronymo allegatus non amplius exstet, producunt tamen verba sub finem l. 3. adversus Marcionem cap. 24. errori huic millenario faventia, quæ hæc sunt: *Confitemur in terra nobis regnum promissum, sed ante cœlum, sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos in civitate Divini operis Hierusalem cœlo delata, quam & Apostolus matrem nostram sursum designat, & πολιτεία nostrum, hoc est municipatum in cœlis esse pronuncians, alicui utique cœlesti civitati eum deputat.* Conatur deinde ex Prophetiis Ezechielis, & Apostoli Johannis id probare dum pergit: *Hanc & Ezechiel novit & Apostolus Iohannes vidit, & qui apud fidem nostram est nova Prophetæ sermo restatur, ut etiam effigiem civitatis ante representationem ejus conspectui futuram in signum prædicarit, &c.* Hanc dicimus excipiendis resurrectionis sanctoris & reforendis omnium bonorum atque spiritualium copia in compensationem eorum, quæ in hoc seculo vel despeximus, vel amissimus à DEO prospectam, siquidem justum est & DEO dignum, illic quoque exultare famulos ejus, ubi sunt & afflicti in nomine ipsius, hæc ratio regni cœlestis. Post cujus mille annos, intra quam æratem concluditur Sanctorum resurrecio, pro meritis maturius vel tardius resurgentium, iunc & mundi destructione & judicij conflagratione commissa demutati in Atomo, in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptibile superindumentum transferemur in cœlestis regnum. Hæc de Tertulliano, quæ B. Gerhardus l. c. de eo refert. Pari modo mentein Tertulliani proponit Josephus Isæus notis in libr. 4. divin. instit. Lactantij: his verbis, Tertullianus autem quamvis Regnum mille annorum fateatur, tamen delicias illas non carnales sed spiritales fore docet ad fin. libri tertij adversus Marcionem, quam opinionem aliquo modo tolerabilem, & à seipso quandoque

doque receptam ait S. Augustinus libr. 20. Civitat. c. 7. Victorinum  
Pictaviensem nonnulli quidem excusant, & absolvunt ab errore  
Chiliastri opinione; alij vero illum non excludunt.

## §. V.

De Nepote Episcopo, quem Eusebius quidem dilexit & admiratus est, nihilominus veritate motus idem scribit: l. 7. Hist. Eccles. c. 24. *Nepos Episcopus Aegypti, promissiones sanctis hominibus factas in divinis voluminibus, Iudaico sensu exhibendas docebat, & nescio quod mille annorum spatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fore affirmabat.* Cumque ex Iohannis *Revelatione* opinionem suam stabilire se posse existimaret, librum quem de hac quæstione compuerat, confutationem allegoristarum inscripsit. Hæc ex Eusebio, de Nepote Episcopo.

## §. VI

Eminet quoque præprimis inter Veteres Christianos Severus, quem Hieron. l. II. in Ezech. cap. 36. accenset huic errori disertis verbis: *Neque enim (inquit) juxta Iudaicas fabulas, quas illi διατρέποντες appellant, auream de cœlo expectamus Hierosolymam, nec rursum passuri circumcisioñis injuriam, nec oblaturi taurorum arietum victimas, nec Sabbathi otio dormiemus, quod & multi nostrorum & præcipue Tertulliani liber, qui inscribitur de s̄p̄e fidelium, & Lactantij institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Pitabionensis crebra ex positiones & nuper Severus noster in Dialogo, cui Gallus nomen imposuit, & ut Græcos nominem & primum extremumque conjungam, Irenaus, & Apollinaris.*

## §. VII.

Supereft ex Veteribus adhuc Lactantius, cuius libro 7. di-  
vin. instit. capitibus cap. II. hæc sunt. Nunc ignaros veritatis in-  
ſtruamus. Dispositione summi DEI sic ordinatum, ut injustum hoc  
seculum decurso temporum ſpatio terminum ſumat, extinctaque pro-  
rinus omni malitia, & piorum animis ad beatam vitam revocari,  
quietum, tranquillum pacificum, aureum denique (ut Poëtæ vocant)  
Seculum Deo ipſo regnante florefcat. Et c. 12. l. 4. div. instit. de vera  
ſapientia & religione hæc habet: Denique ob virtutem, ac fidem,  
quam DEO exhibuit in terra, datum eſt ei regnum, & honos & im-  
perium, &c. quod quidem dñobus modis intelligitur, quia & nunc  
babet

habet perpetuam potestatem, in omnes gentes, & omnes linguae nomen ejus venerant, Majestatem confitentur, doctrinam sequuntur, virtutem imitantur: habet imperium atque honorem, cum omnes tribus terrae præceptis ejus obtemperant. Cum rursus advenerit in potestate, ac claritate ut omnem animam judicet, & justos restituat ad vitam, tunc verò totius terrae regimen obtinebit, tunc sublato de rebus humanis omni malo Aureum Seculum, ut Poëtæ vocant, id est justum ac pacificum tempus orietur. De sententia vero Lactantij hæc notat Joseph. Isæus in lib. 4. c. 12. div. iustit. hoc sc. Seculum Aureum, futurum esse falsò credidit illud tempus mille annorum, quod ipse & alij nonnulli commenii sunt. Alia habet l. 7. c. 24. & videtur certè, plurimùm novisse illum ad nimiam corporalem regni descriptionem, figmenta Poëtarum & Sibyllarum quibus inescatus, plurima suis inseruit. Observante D. Quenstedt. l. c. id quod liquidò colligitur ex Cap. 24. l. 7. cum scribit: *Veniet igitur, summi & maximi DEI Filius, ut vivos ac mortuos judicet, testante atque dicente Sibylle πάτης &c. in Carm. Sibyll. ser. 8. sub initium.* verum ille cum delevit injustitiam, judiciumque maximum fecerit, ac justos, qui à principio fuerunt, ad vitam restauraverit mille annis inter homines versabitur, eosque justissimo imperio reget. Quod alibi Sibylla vaticinans, furensque proclamat: *Xει. Κλῦτε ὁ μεγάπε. Βασιλέως αἰώνιος ἄρ— Tum qui erunt in corporibus vivi non morientur, sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt, & erit sibi eorum sancta & DEO chara.* Qui autem ab inferis suscitabuntur, ij præerunt viventibus velut judices. Gentes vero non extinguentur, omnino; sed quedam relinquuntur in victoriam DEI, ut triumphentur à justis, ac subjungentur perpetua servituti. Sub idem tempus etiam princeps Dæmonum, qui est machinator omnium malorum, carnis vincietur (Apocal. 20.) & erit in custodia mille annis cœlestis imperij, quo justitia in orbe regnabit, ne quid malum adversus populum DEI moliatur. Post cuius adventum congregabuntur justi ex omni terra, peractoque judicio Civitas sancta (Apocal. 11.) constituetur in medio terra, in qua ipse conditor DEVS cum justis dominantibus commoretur, quam Civitatem Sibyllæ designat cum dicit (in Carm. Sibyll. ser. 5. propè finem) *Καὶ πόλιν, ἦν ἐποίητε Θεοῖς, ἀνθεκτίνη ταρπυποτέρεγγν ἀστρεων, τῷτο οὐλίσ, ἢ ὁ γελώνος.* Tunc auferuntur

rentur à mundo tenebra illæ, quibus offundetur atque obœcabitur cœlum, & luna claritudinem Solis accipiet, nec minuetur ulterius, Sol (Iesa. 30.) autem septies tanto quam nunc est clarior fiet. Terra vero aperiet fecunditatem suam, & uberrimas fruges sua sponte generabit: rupes montium melle sudabunt: per rivos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Mundus denique ipse gaudebit, & omnis rerum natura lætabitur ereptas, & liberata Dominio mali, & impietas & sceleris, & erroris. Non bestiæ per hoc tempus sanguine alienatur, non aves præda; sed quieta, & placida erunt omnia (Esa. II. & 60. in fine) Leones & vituli ad præsepe simul stabunt: Lupus ovem non rapiet: canis non venabitur: accipitres & aquilæ non nocebunt, infans cum serpentibus ludet. Denique tunc fient illæ, quæ Poëtæ aureis temporibus facta esse jam Saturno regnante dixerunt (Virg. in fin. 2. Georg. Ovid. initio l. Metamorph.) Quorum error hinc ortus est, quod Prophetæ futurorum pleraque sic proferunt, & enunciant, quasi jam peracta. Cædet & ipse mari vedor &c. — Vivent itaque homines tranquillissimam vitam, & copiosissimam, & regnabunt cum DEO pariter, & reges gentium venient à finibus terræ cum donis, ac munerebus, ut adorent, & honorifcent regem magnum, cuius nomen erit præclarum, ac venerabile universis nationibus, quæ sub cœlo erunt, & regibus qui dominabuntur in terra. De fine hujus Aurei Seculi hæc cap. 26. l. 7. initit. div. habet: Diximus paulò ante in principio regni sancti fore, ut à DEO princeps Dæmonum vinciatur. Sed idem cum mille anni regni, hoc est septem millia cœperint terminari, solvetur denuò, & custodia emissus exibit, atque omnes gentes quæ tunc erunt sub ditione justorum concitat, ut inferant bellum sanctæ civitati. (Apoc. c. 20.) & colligetur ex omni orbe terræ innumerabilis populus nationum, & obsidebit, & circumdabit civitatem. Tunc veniet novissima ira DEI super gentes (Apocal. c. 16.) & debellabit eas usque ad unum. Ac primum concutiet terram quam validissime, & à motu ejus scindentur montes Syriæ, & subsident colles in abruptum, & muri omnium civitatum corruent, & statuet DEVS solem triduo ne occidat, & inflammabit eum, & descendet æstus nimius & adustiv magna supra perduelles, & impios populos, & imbræ sulphuris, & grandines lapidum, & gutta ignis; & liquecet Spiritus eorum in calore, & corpora conterentur in grandine; & ipsi se invicem gladio ferient,

C

&amp; re-

*& replebuntur montes cadaveribus, & campi operientur ossibus. Populus autem DEI tribus illis diebus sub concavis terrae occupabitur, donec ira DEI adversus gentes extremum judicium terminet, &c. Cum vero completi fuerunt mille anni, renovabitur mundus a DEO & cœlum complicabitur, & terra mutabitur, & transformabit DEVS homines in similitudinem angelorum & erunt candidi sicut nix, & versabuntur semper in conspectu omnipotentis, & Domino suo sacrificabunt & servient in æternum. Eodem tempore fiet secunda illa & publica omnium resurrectio, in qua exterminabuntur impii ad cruciatos sempiternos.* Pater hinc Poëtarum fabulis fabulosisque Sibyllarum carminibus delusum Laetantum, tam operosum fuisse in describendis etiam omnibus aurei istius seculi circumstantiis, quibus jam missis ad nostra tempora propius accedimus.

## §. VIII.

Vaticinandi audacia de futuris, ideoque etiam de Seculo sapius jam nominato ut futuro, novitatis studiosis in primis adeo communis est, nostra ætate & Evangelij luce jam orta, ut somnium illud de Aureo Seculo jam rursus alij somniare cœperint; quo magis confirmatum illud Ludovici Vivis Commentatoris librorum Augustini de Civ. Dei: *Nulla res est, de qua liberius homines mentiuntur, quam de futuris, quoniam nihil nos audimus liberius, etiamsi nisi falsum dici queamus: ita favor in eos noſter, qui futura jactant prædicere, licentia eorum irritat & alit: usque adeo in re mirabili vel voluisse dicere mirandum ducimus.* Patebit veritas hujus asserti ex sequentibus, nos promissi memores sententiarum divortium indicabimus eorum, qui vel solos martyres resurrecturos, vel pios Christianos omnes, statuerunt, vel etiam Judaicas opiniones ipsas arripuerunt. De quibus variarum religionum homines varij multa commenti sunt.

## §. IX.

Præmittimus hic Authorem libri, qui inscribitur; onus Ecclesiæ, & editus est Landshutæ in Bavaria typis Joh. Wissenburgeri Anno 1524. Hujus nomen quamvis scripto expressum non sit, tamen Autorem esse, quendam Johannem Episcopum Chemensem, censem propter varias rationes allegatas apud D. Bajerum dissert. Theol. de Regno Ecclesiæ glorioſo per Christum

stum in his terris erigendo. §. 13. pag. 12. ubi Flacium de eo loquentem ita infert loc. cit. *Perinet huc inquit, Author oneris Ecclesia quem Flacius in Catal. Test. Verit. lib. 18. p. m. 1795. Ubertinum Chemensem Episcopam appellavit; sed quo seculo aut anno floruerit, non sibi constare dixit.* De quo nomine Ubertino, D. Baier quidem adhuc dubitat, nec admittere vult, illum fuisse Ubertini nomine appellatum, ex ea ratione, quia Author libri hujus s<sup>æ</sup>pissime provocat ad Ubertinum, & non dissimulat, statum septimum Ubertini coincidere cum millenario regni Christi gloriose à se traditi, quibus addit, Joachimum Abbatem & Ubertino & sibi adstipulari, nisi quod in circumstantiis quibusdam discrepet. de quibus vid. D. Bajer. l.c. Cum vero nominis ratio ad hanc rem momentum nullum adfert, dum constat de Authoris religione, hoc sufficit, Chiliasticam opinionem ab illo iterum in Ecclesiæ proscenium reductam, quippe quam à capite 61. usque ad finem illius libri describit, cuius summam exhibet B. Gerh. l. c. §. 76. pag. 459. Dum triplicem illum Christi adventum ab Authore libri hujus dicti defensum, designat, *Primum inquit fuisse illum in carnem, quando homo factus mundo apparuit, & probationem ex illo Petri desumit. Tu es Filius DEI, qui venisti in hunc mundum.* Secundum dicit, esse in virtute & efficacia spirituali ad interficiendum Anti-Christum magnum & Ecclesiam reformandam. Ad quam refert illam questionem discipolorum: *Quod signum advenitus tui?* Tertius adventus erit secundum eum, quando in Majestate sua juxta consummationem seculi, ad judicandum mundum veniet; qui erit fatus in fine septimi mundi status, & ultimi millenarij, septem enim mundi status, & septem millenarios facit, quando veniet ad judicandum orbem. Quorum statuum, eo memor est modo quo numero septimum describit post occisum Anti-Christum, quietissimum ac felicissimum per mille annos duraturum, usque ad persequitionem Gog & Magog. Nervum probandi existimat continere dicta quæ leguntur: Es. II, 2. cap. XXXV, 10. Jerem. XXX, 8. cap. XXXI, 34. Apocal. VIII, 1. cap. XVIII, 1. qui plura legere cupit, adeat B. G. l. c.

## §. X.

**Non autem solus hic erravit, verum habuit erroris Socios**

C 2

quo-

quorum expressum facit mentionem, ut est Joachimus Abbas, qui ex Calabria ortus, Abbas fuit Florens Cœnobij, ordinis S. Benedicti; hic plurima scripsit teste Sixto Sen. Bibl. lib. 4. p. 315. a. b. in Commentario in Esaiam, de septem temporibus Ecclesiæ. Claruit anno 1200, & magnam ejus fuisse autoritatem, exinde judicare licet, quod Sextus illum, virum in divinis Scripturis studiosum, & exercitatum, & suo tempore verissimum Prophetam creditum, affirmat. Hic vero error reliquis adeo non displicuit, ut potius liber oneris Ecclesiæ in Bavaria editus approbatus fuerit. Præsertim quod alij asserere non verentur post imperfectum Anti-Christum Christianos in summa lætitia, quiete, abundantia & gratiarum actione perpetua esse traducturos. vid. B. Gerh. l. c. de quibus etiam scribit Viegain Apocal. p. 765. Joseph à Costa. l. 2. de Novissim. c. 17. p. 560. &c. quæ & alia de horum hominum erroribus, l. c. legi possunt.

## §. XI.

Propugnant etiam Chiliasmum, uti dictum, Calviniani nonnulli, qui quoad modum etiam inter se differunt, quorum alter in terra, alter in cœlo, exordium statuit; prioris sententiæ opinioni adhæret: Alstedius, qui in Diatribe de mille annis apocalypticis, pag. 12. hunc in modum depingit Chiliasmum; Millariæ faustitatis ac Aurei Seculi; est singularis felicitas Ecclesiæ militantis, cuius quadam præparatio est persequutio, quam nunc temporis experitur, conflanda, purganda, dealbanda, ut hac ratione paulatim præparetur ad magnam reformationem, quam adfert apocpha millenarij, qui constabit post destruclum magni Anti-Christi regnum ex his partibus. 1. ex resurrectione martyrum & ipsorum regno in his terris. 2. ex incremento Ecclesiæ seu multitudine per conversionem gentilium, & Iudaorum. 3. ex liberatione Ecclesiæ à persequitione hostium per illorum deletionem. 4. ex pace ipsius diuturna. 5. ex reformatione doctrinæ & vitæ. 6. ex majestate seu gloria Ecclesiæ. 7. ex gaudio ejus sincero. Sequetur ultima periodus N. Test. inde à fine mille annorum usque ad ultimum judicium. Toto autem isto tempore status Ecclesiæ erit admodum miserabilis propter bellum Gog & Magog, cui finem imponet Christus illustri suo ad judicium universale adventu. Hec de Alstedio. Conspirat eatemus Piscator Herbonensis in Comment.

ment. supr. Apocalypsin p. 118. v. 4. & 5. c. 20. disputans: Solos martyres ante universalem hominum resurrectionem esse resurrecturos & mille annis cum Christo in cœlo regnatos, deinde vero reliquos homines ex morte in vitam revocandos. In quo quidem differt Piscator ab Alstedio quod ille dixerit, Aureum Seculum in cœlo exordiendum, hic vero illi contradicit & existimat in terra incepturnum & quidem Anno 1694: Qua de re ita scribit: *Iohannes Piscator, in Commentario in Apocalypsin, felicitas, scribit p. 118. fidelium, qui post ruinam Papatus terra victuri sunt, est securitas ab hostili incursu impiorum per mille annos. Felicitas singularis martyrum Christi, qui ante illos mille annos fuerunt supplicio affecti, est resurrectio ante universalem resurrectionem futura, & regnatio cum Christo in cœlo per mille annos ante resurrectionem reliquorum, in hac expositione recte urgetur literalis expositio.* Sed quod dicitur, martyres cum Christo regnatos in cœlo per mille istos annos, non potest probari ex textu, immo contrarium potest inde probari, quia nempe resurrectio martyrum est pars felicitatis Ecclesiæ in his terris. Deinde regnum, quod definitur certo annorum numero, non convenit vita æternæ; vide quoque Apocal. 5. 10. ubi sancti cœli res inter alia sic canunt: & regnabimus super terram cœm' tñs yñs, id est, in terra. Ceterum idem Ioh. Piscat. sententiam de mille annis tuetur in versione Germ. Bibl. & paulò ante obitum scripsit breuem tractarum de futura Ecclesiæ in hac vita felicitate: unde multa transluli in hanc meam meditationem; quia nondum aspexit lucem tractatus: hæc Alstedius scribit de Piscatore, vid. B. Dn. D. Dañhaw. ððð. Calv. T. 2. q. 12. p. 3327. seqq. ubi varia allegantur de Alstedio deque ejus sententia Chiliaistica, quomodo illa quoque differat à Chiliafino Veterum, quæ cit. l. videri & examinata legi possunt. Sunt præterea alij. qui & tempus determinari ausi sunt, & initium hujus lætitiae conjicere in Annum 1650. quo tempore in Anglia felicitatem fore ingentem crediderunt, & quidem talem ab o be condito huc usque inauditam. Diem natalem jam præterisse hominis istius, qui eos felices dies visitrus sit, Doctores plurimi docuerunt, reliquumque tempus autem hanc felicitatem non nisi viginti annis duraturum dixerunt. Cum quo convenit illud Hornij in hist. Eccles. quando inquit:

Ministros in N. Anglia conventus habuisse, & apocalypsin totam examinasse, collatis omnibus scripturis, tempus regni Christi in propinquum esse. Arbitrantur autem ruinam Ante-Christi & Turcarum, conversionem Iudeorum, vocationem gentium universalem, præcessura proxime felices illos dies. Tum omnia regna mundi & principatus abolitum iri, ac filios DEI rerum potituros sub unico cœli & terra Domino Iesu Christo. hæc de Doctoribus in Anglia habet Hornius l. c. Quibus annumerari potest Mornæus, qui in præfat. myst. inquit ad Britanniæ Regem Jacobum. Ante-Christum calamo tam feliciter confixisti; quidni propediem ultiore gladio gloriose eum transfixurus? Venatio illa tanto Munerario orbi exhibenda, belluæ illius Apocalypticæ, qua sanè regia indagine, regius plagi, venabulo demum tuo sola jam digna &c. Apage Rex magne calamos. Alios mores hæc atas postulat, aliis posthas telis opus. Novus nobis prodeat ex Britannia Constantinus Maxentium Pharaonem alterum in ponte Milvio calcaturus, pessundaturus &c. Romam intrepidus nunquam frustra tentatam rectâ ducat. Quis ad ipsum tubarum clangorem, sub sessuros colles, procubituros muros, molem adeo ipsam dubitet? at pergit ille judiciorum DEI exactor rigidus Iovem Capitolinum, de sede nunquam reponendum excussum fulminibus exturbet, Babylonem ipsam refuso Tyberi, restagnante ipso averno, nunquam emersuram molæ instar demergat. Et in præfat. ad Ecclesiæ Romanæ sectatores eidem operi præfixa circa fin. Vos Reges tamdiu inebriati, quid circumspicitis? quin omnipotens consilium haud irritum impletum accurritur? quin beluam illam desolatam & nudam facitis carne devorata, ignis comburitis. Confer Paraum in cap. 19. Apocal. hæc à B. Gerhardo l. c. referuntur. His denique addimus quæ recenset D. Dannh. l. d. de Massonio & Bisterfeld. Massonius part. 2. p. 1464. ita loquitur; Waren nun diese Feind überwunden/ theils zu Christo befehrt seynd worden: So ist leichtlich zu ermessen/ daß die grosse Verfolgung der Christen aufhören/ und ein besserer und ruhiger Zustand in der Kirchen Gottes ein geraume Zeit erfolgen wird. De Bisterfeld. ita B. Dannh. Bisterfeld in myster. prit. contra Crell. pag. 89. colligit ex Dan. 7. quod is, qui per filium hominis hic intelligitur, nihil sit aliud, quam primus quidam Rex, quo Christus in hostibus Ecclesiæ extirpandis, eaque mirabiliter liber-

liberanda utetur. Cæterum causam Chiliastrarum in primis ex Calvin. agit, Petrus Launæus alias Jonas Bujeus Perieus facto nomine dictus Comm. in Daniel. & Apocalypſ. & Jacob. Brocardi in mystica & Prophetica interpretatione libri Genes. ubi multa Chiliastica inveniuntur. His adde Thomam Brigthmanum, Anglum, Comment. in Apocal. p. 656. cui se opposuit D. Hoë disput. Comment. in Apocal. c. 21. p. 192. Petrum Curgotium in notis ad Apocal. c. 20. Andream Rallium de regno Christi glorioſo in terris ubi mysterium Regni mille annorum aperitur, ut habet titulus libri Ann. 1659. Genevæ impressi. Ex quibus omnibus aperte satis sententia horum clucet, ad quos etiam illos qui plura de illorum opinione legere cupiunt remittimus, nobis hæc sufficiat dixisse de dogmate etiam illorum in Controversia de Seculo Aureo. Pergendum jam est ad errantium aliorum nim̄rum Arminianorum, & Anabaptistarum, & Anti-Tritonitariorum, Arianorum, Photinianorum, Weigelianorum, novorumque Prophetarum & Fanaticorum, aliorumque opiniones & errores.

## §. XII.

Arminianorum sententiam Stephanus Curcellæus, Episcopij Arminiani successor in institutionibus suis Religionis Christian. I. 5. p. 326. Edit. Oper. in fol. de Regno Christi in his terris glorioſo exhibet, & describit verbis sequentibus ; *Cum ergo mortuorum resurrectio universalis, quæ continget post mille annos quietis Ecclesiæ de alia non posse accipi videatur, quam de corporali, quam in ultimo die expectamus, verisimile quoque est, resurrectionem martyrum fore corpoream, nim̄rum ut propter toleratam pro Christo & ejus veritate mortem cruentam hoc privilegio honorifico præ reliquis fidelibus fruantur, ut mille & amplius annos ante ipsos resurgent &c,*

## §. XIII.

Anabaptistarum colluvies, ut seditiosa hanc ob causam, præ cæteris omnibus huc pertinet hæc enim illa est, quæ non tantum in maximo pretio habuit hoc seculum Chiliaстicum, sed etiam turbas ingentes, crudeles, & exitu tristissimas movit, blasphemæ enim hæc secta (sic appellatur à B. Nostro Seb. Schmid. l. c.)

i. c.) doctrinæ Evangelij, spe frustranea miseros & credulos decepit plebejos homines, illosque seditiosos contra Magistratum bellum gerere illique repugnare persuasit. Quod ut speciem quandam præ se ferat, velum hoc obduxerunt, dicendo: hæc omnia illos non facere propria authoritate, sed DEUS illis somniis ostendit, per revelationes & illuminationes, quid illis inchoandum sit, & quomodo ab impiis Tyrannis Magistratum nimirum Ecclesiam liberare, electisque & membris Ecclesiæ libertatem Christianam procurare deberent, quapropter eò preventum est, ut armis vix hi homines potuerint compesci. Autorem hujus doctrinæ scriptores & Theologi faciunt hominem quendam, qui Anno 1639. Augustæ Vindelicorum fuit Ludimagister & Augustin. Weber, (juxta alios vero Bader) nominatur, fuit hic homo, cauteriatæ conscientiæ & perficitæ frontis, (sic eum appellat B. Dn. D. Seb. Schmid. l. c.) arte pellio, Erexit hic multorum animos in spem regni, ac cœtus in horto quodam congregavit, sibi enim Chiliarchæ imperium sumere ausus fuit; quod ex illo videre licet, quod refert Xystus Comment. ad Laet. ita dicens: *Augustinus Weber (juxta alios Bader) arte pellio, Chiliarchæ imperium sibi sumere fuit ausus; qui cum in somniorum, que referebat præstigiis quorundam animos in spem regni erexisset, cœtus in horto quodam (unde postea Catabaptistæ apud nos Hortulanis sive Hortensis fratres compellari consuevere) facilitabat.* Detecta post conjuratione, Urbe cum cessissent, in Ducatu Wirtembergensi in oppido Blauborn, pœnas temeritatis pependerunt. Confer Urbanum Regium in lib. de Restitut. regni, & ex eo Wigandum de Anabapt. p. 447. Memorat de hoc J. H. Ottius in Annal. Anab. ad A. 1530. §. 2. p. 52. Illum parato sceptro, corona, gladio, pugione, aliisque ornamenti, tandem proditum & ex urbe (Augusta) profugum Lauteræ prope oppidum Blaubeurani in molendino interceptum, indeque Stutgardiam ductum candentibus forcipibus laceratum & capite plexum fuisse. Hæc de August. Weber. vid. D. Baierus l. c. Exitus hic tristissimus cum hoc Rege pelliceo non tamen deterruit alios temerarios, quin reliquis his stolidis Constitibus, se accommodare studuissent, quinque annos enim post, scilicet Anno Christi 1535. complures seditiosi Anabaptistæ eadem pesti laboraverunt.

laborarunt, quæ ægre tandem sedata est. Monasterij namque Westphaloruim deinde majores dederunt turbas, Bernhard Rotmannus, Joh. Matthæus, Bernh. Cnipperdollingus, Joh. Taufenschuererus, Joh. Bucholdus vulgo Joh. Leidentis Sartor, & Thomas Müncerus Ecclesiastes olim Alstediensis, qui pro acie quasi stetit, motusque in Thuringia concitavit, de quibus apud Schleidanum lib. 5. hist. ita, quod fuerit quidam Concionator Evangelicus nomine Thomas Munzer, homo importunus, inter reliquos præcipuus, qui relicta concione Evangelica, nefandam novam religionem introduxit, docendo, Magistratui potestatem ac dominium in subditos non competere, sed omnes æquales ac pares esse. Scopum igitur suum ut attingat, obtendit, DEUM illum elegisse hunc in finem, seque ab eo cœlitus revelationem habere, quid hac in re faciendum, & quomodo liberatio eorum inchoanda sit. Postquam rusticis ita persuaserat, illi unanimi consensu, conjurati, bello magistratum persequuti sunt, & cum sibi ex Sartore Leidensi Regem fecissent, undiquaque omnia devastaverunt, sub ejus imperio & ductu Concionatoris Munzeri. Dum hæc & talia fiebant ab illis, Principes finitimi, quemadmodum incubuit illis observare motus & actiones horum perniciosorum & exitiosorum hominum, ita causam hujus rei agere non neglexerunt, sed suscitatam hanc flamمام ab initio statim studuerunt delere, quamobrem etiam armatis stipendiariis illis obviam processerunt, exercitumq; in expeditionem eduxerunt. Quo factum porro est, ut urbs Westphaliæ Monasterium obsidione cingeretur. Durante hac obsidione liber iste prodit in quo damnabile eorum dogma contentum erat, cuiusq; Authores fuerunt Compilatores isti in urbe inclusi, Titulus eus fuit, Restitutio totius mundi, in quo inter alia docuerunt: futurum esse ejusmodi Christi regnum ante diem supremum, ut pij & electi regnent, impiis omnino deletis; quod ex verbis Schleidani German. appareat, quæ hæc sunt: In währender Belägerung schrieben sie (nimirum hi fanatici & Anabaptistæ) ein Buch/ und liessens aufzugehen/ welches sie die Restitution nennen: In demselbigen lehreten sie unter andern; das Reich Christi würde vor dem Jüngsten Gericht also geschaffen seyn/ daß die Fromme und Auferwehlte/ nachdem sie die Gottlosen allenhalben hätten um-

D

brachts

bracht solten regieren: daneben auch, daß die Unterthane die Obrigkeit abzusezen Macht hätten: Desgleichen, obwohl die Apostel eine jurisdiction oder Gewalt zu gebrauchen, keinen Befehl gehabt, solten dannoch die, so jekund Diener der Kirchen wären, sich der Gerechtigkeit des Schwerts anmassen, und mit Gewalt ein neu Regiment anrichten: Darzu solte man keinen, der nicht warhaftig, und mit der That ein Christ wäre, in der Kirche dulden. Über daß lehreten sie, daß niemand könne seelig werden, er gäbe dann all sein Gut ingemein, und besäße nichts eigens. Hæc & adhuc varia habet Schleidanus, de hoc libro Restitutionis, cuius etiam mentio fit apud B. D. Seb. Schmid. Disp. cit. his verbis: *Sparsit nimirum (Muncerus) cum suis sodalibus; fore, ut collapsa sedes Davidis erigatur, & Christus regnum suum in terra obtineat, Prophetarumque omnium scripta compleantur, praesentem vero mundum esse velut atatem Esau, nam & in eo silere justitiam & pios affligi, sed ut à captivitate babylonica, sic etiam nunc à tantis eru- minis adesse tempus liberationis ac restitutionis, & futurum, ut impiis cumulate rependantur illorum scelera, sicut in Apocalypsi denuncia- tum fit, hanc autem restitutionem antecedere futurum seculum, ut impius omnibus oppressis, velut domicilium ac sedes adornetur. Quæ allegata nobis monstrant superflue Anabaptistarum errorem sto- lidum, de regno aliquo Christi terreno, quod autem attinet ex- itum hujus imperij, & quid sequutum sit has revelationes se- cundum eorum mentem divinas, tristis tragœdia apud Schleid. l. c. descripta cumque his seditiosis Prophetis instituta nos docet, cuius narrationem instituere, nostri non est, potest citatis locis illa videri & legi.*

## §. XIV.

Error hic fuit etiam defensus ab Anti-Trinitariis, Arianis, Photinianis, &c. Anti-Trinitarij & Ariani Judæorum exemplo libenter Scripturam pervertunt, ideo sicut illi, ita & hi in hoc conspirant, de quibus B. Gerh. l. c. pag. 455. hæc habet: *A re- centioribus Iudeis & Anabaptistis contagium hujus erroris promanavit ad Anti-Trinitarios & Arianos, qui Iudaorum vitulâ in pervertendis Scripturæ dictis libenter arant. Iohannes Erasmi Arianus in libro con- tra Tyraum Iesuitam disputat, regnum Papæ in his terris eversum iri à magnis*

à magnis Ecclesiæ testibus & Doctoribus, puta Arianis, & ex Apocalypsi suspicatur, pios ac cœlestis doctrina studiosos tunc iterum colligendos esse in ovile sub fidis pastoribus, ubi annorum Anti-Christianorum meta ad ultimum suum terminum pervenerit quod Anno 1588. futurum speravit: Interim, inquit, non desinunt afflictiones piorum ante Sabbatismum septimi millenarij, ac beatum initium regni mille annorum, &c. Photiniani affines Arian. & Anab. (quos ita appellat B. Gerhardus) divinitatem Christi negantes numerum etiam Chiliastrarum ingressi sunt: Smalcius quidem & Socinus licet scribant, se non probare sententiam de futuro Christi regno, cum Socinus ipse in miscellan. tractatu contra Chiliastras, de regno Christi terreno per mille annos pag. 50. dicat; semper professus sum: Nullo pacto mihi probari sententiam de ejusmodi regno Christi futuro. Et revera ego semper eam sacris Literis, analogique fidei nostræ repugnantem & perniciosa simul esse, sum arbitratus &c. addit tamen de sociis suis, quos pietatis studiosos vocat pag. 50. Postquam haud levi cum animi mei dolore rescivi, multos, eosque aliqui pietatis studiosos sententiam istam, (quod scil. istud regnum Christi corporale futurum sit in terra, & quidem in ipsa Iudea &c.) serio sequi & defendere, majori studio animum ad veritatem hujus questionis investigandam applicui. Sunt ex Socianianis etiam alij, inter quos Brenius qui his jungi potest & Author creditur libri de regno gloriose in terris Amstelod. 1657. editi, qui liber à Dn. D. Bajero Disput. illa Theolog. à nobis sæpius citatâ examinatus & refutatus est. D. Joh Affelmanus Rostoch. Academ. Prof. S. S. Th. Disput. Theol. cui Titulus: Illustrium quæstionum Theologic. Heptas. Resp. M. Daniele Spalchauero Rostoch. Brighthmannum quoque his annumerat quadam tenus, quod explicat dicendo: quatenus Judæis redditum in terram Canaan pollicetur.

## §. XV.

Caspar Schwenkfeldius cœlestem se existimans Prophe tam, exspectavit quoque regnum Christi novum, à Cerinthiana & Anbaptistica sententia tamen vult, ut sua distinguatur, quam obrem ita in libro de triplici hominum vita cap. 43. differuit: Non autem talem Ecclesiæ reformationem, qualem Chiliaстæ expecta-

mus: Neque qualem Monasterienses Baptiste, plane perfectam; sed modo speramus, Christum majori cum efficacia spiritum in nos effusum, dispersos DEI filios collecturum, ac copiosius veritatem suam probaturum, adeo ut majori gratia, ac donis quibusunque Ecclesiae sit benedicturus atque homines magis probi p̄j & sancti evasuri. Brevis hæc est nostra expectatio, Iesum Christum ex hisce Ecclesiarum dissensionibus, aliquando etiam Syncretismum, ac concordiam inter Papatum & Lutheranismum, ut vocant, daturum: atque plurimos veros pastores, qui solam ejus gloriam, ac hominum salutem sint questiuri, & sanam Christi doctrinam, ac veritatem absque humanis commentis, sancte docturi, missurum. Etiam Ecclesiae majori numero, ac sanctitate fidelium, qui in spiritu ac veritate ei sunt servituri, benedictionem. vid. cit. Disput. D. Bajeri. qui juxta hunc meminit cuiusdam fautoris Chiliafmi, Pracelsi scil. famosi, cui titulus Philippus Aureolus Theophrastus Bombast. ab Hohenheim ex Eremo Helvetiorum nobili familia oriundus, utriusque Medicinae Doctor, Philosophus Paradoxus, Mysteriarcha: Musarum Mechanicarum Trismegistus; è vita discessit Anno 1541. 24. Sept. cum vixisset annos 47. de hoc Paracelso, ejusque sententia de Chiliafmo loquitur citatus Author hoc modo: *Hic enim, licet fidei Catholicae & Romanae Ecclesiae strenuus defensor aliquando habitus fuerit, revera tamen in tradendis Scriptura mysteriis & hæc interpretanda, Cabalisticam, Magiam & alias sororias disciplinas, quasi DEO ipso per ista docente, sequutus, in Prognosticationibus suis unius pastorū redditum, cuius ductu in unam habitationem nos convolvaturi simus: magnam revelationem, & seculum aureum; ac novum muudum, omnia tamen obscuris figuris involuta præagiit.* vid. Wolff. Cent. XVI. Lect. Mem. pag. 483. seqq.

## §. XVI.

Horum somnia, fundamento in se tamen invalido etiam acceperunt Weigeliani, quorum Author est Valentinus Weigelius, Pastor Tzschopenensis, prope Fribergam in Misnia, homoviis Fanaticis opinionibus adimpletus, à Paulo Lautensak, Musico & Pictore Norimbergense informatus; de quo B. D. Kromerius in his Eccles. pag. 652. legimus, illum Anno 1533. natum, Anno 1618. nonagenario propinquum denatum, asseverat. Sparsit hic

hic de Seculo Aureo seu Spiritus S. ut vocat, somnia mirifica; statuit triplex seculum vel regnum hujus mundi, D E I Patris, Filij & Spiritus S. quod ultimum, sit illud miltenarium Seculum Aureum, de quo seculo Libello II. de vita Christi pag. 127. inter alia haec habet: So mit E. E. nur Glauben geben / wolt ich ihr ein groß Geheimniß offenbahren / das ist also: Sehet an die Artikel unsers Christlichen Glaubens / wie sie nacheinander stehen / wie viel ihrer fürüber / und wieviel ihrer noch dahinden seyn / so wird sichs finden / was vergangen ist an der Heimlichkeit der Propheten / und was noch hinterstellig ist / das geschehen soll / und unter welchem Artikel wir leben zu dieser Zeit. Derselben Artikel seynd zwölff, und diß seynd die zwölff Stunden der Welt / die alle zuvor müssen geschehen / und vollendet werden auff Erden / ehe daß die Welt vergehe / und zu nichts werde. Jetzt zu dieser Zeit leben und sind wir unter dem Artikel / sijend zur Rechten GDites / so dieser sein Termin haben wird / so wird angehen der folgende / von dannen er kommen wird / zu richten die Lebendigen und die Toten / das ist nicht zu verstehen vom Jüngsten Tag / auch nicht vom Untergang der Welt / sondern vom Judicio Filij, dann der Vatter hat seine Feinde im ersten Seculo vertilget / mit dem aqueo diluvio: der Sohn in dem andern Seculo wird seine Anti-Christos vertilgen mit dem sanguineo diluvio, so das vollbracht ist / so ist noch ein Seculum vorhanden / nemlich das Dritte / und ist das Seculum Spiritus Sancti: Wird auch sein Vigorem auff Erden haben / dann der dritte Artikel vom Heil. Geist / von der Kirchen / von Gemeinschaft der Heiligen / ist noch dahinden / und müssen auff Erden erfüllt werden / und wird die Welt nicht ehe zu grund gehen / bis sie alle vollbracht sind / in diesem dritten Seculo wird letztlich so ein greuliches infernalisches Geschlecht wider die Heiligen auff Erden auftreten / daß seines gleichen nicht gewesen / aber es wird vertilget und verzehret werden / per igneum diluvium, und diß wird seyn Seculum per Δ Baptismus ignis, das ist die Taufe des Höllischen Feuers / ic.

## §. XVII.

His Weigelianis, novos alios Enthusiastas jungimus, qui Methistæ appellantur, ab Ezechiele Meth, (quem alij Meden, alij

D 3

Mez,

Mez, alij Metem vocant, ipse vero aliquando nomen Eliæ Sionis assumpsit) quorum sunt, Ægidius Guthmann/ Elias Stifel/ Franciscus Puccius, Fratres Roseæ crucis. &c. Ægidius Guthmann/ scripsit enim hic librum sub titulo: *Offenbahrung Götlicher Majestät/ qui liber vivente illo in Suevia Anno 1575 prodiit postea vero præfatione quadam à fratre roseæ crucis addita Hannoviæ editus & commendatus fuit, teste D. Bajero, l. c. adde Nicolai Hunnij betr. der neuen Paracels. und Weigel. Theologiæ p. 53. & Rever. Minist. Lub. Hainb. & Luneb. Abgedröhigte lehr und Schuß-Schrift/ wider den Guthmannischen Offenbahrungs Patron. cap. 3. p. 396. 397. ubi num. 15. pag 584. ad errorem Chilasticum Guthmanni indicandum hæc verba adducuntur ex P. 2. p. 196.* Die Schriftmeister sollen sich nicht weigern/ zu Nutz und Wohlfahrt der Gemeine in Israel/ die Bücher zu beschreiben/ (von der Offenbahrung Götlicher Majestät) dann Gott will je das Reich Israel wieder aufrichten. Esias Stifel/ Langensalzæ in Thuringia Año 1604. falsò cæteris erroribus quos docuit & hunc addidit, affirmans: *Regnum æternæ beatitudinis Christum in terra erecturum, & immaculatam, immarcessibilem, invariabilem & corporalem hæreditatem illam hactenus in cœlo reservatam, jam in terra manifestaturum, propterea eam propugnaturum ab omnibus vitiosis & diabolicis impuritatibus. vid. D Joh. Weberi Brev. Cens. Stifelianismi. cap. 7. p. 149. seqq.* Franciscum Puccium Filidinum ex Schola Methistarum non discessisse, ipse libro suo, quem edidit sub titulo, de Christi Servatoris efficacie in omnibus & singulis hominibus, quatenus homines sunt &c. testatur, in hoc enim ostendit se juxta alias errores, etiam defendere regnum millenarium. Verba ejus B. Dn. D. Gerh. l. c. §. 75. pag. 458. excerpit, qui videri potest, una cum refutatione Lucæ Osiandri Theol. Wirtemberg. quæ edita fuit Tübingæ A. 1593. Fratres Roseæ crucis fautores nominavimus hujus opinio-  
nis, sunt autem illi qui tale sibi adscribunt nomen à Monacho quodam qui seculo jam 14. vixit & Christianus Rosenkreuzius nominabatur, eque nobili familia in Germania natus erat, de hujus Sectæ fratribus distinctè quædam annotavit D. Bajerus l. c. §. 26. pag. 23. quomodo afferre conentur narrationem fundationis suæ sectæ

sectæ, quæ tamen adeo inepta & fabulosa sit, ut vix digna sit, quæ audiatur. Hi quanquam paulò aliter quam Methistæ divisionem seculorum instituant, tamen docent dicuntque : Immnere Aureum Seculum Spiritus S. sive mundi reformationem universalem in terrenum Paradysum, qualem Adamus ante lapsum posse dedit, & artium omnium ac sapientiæ restitutionem, qualem Adamus, Enoch, Salomon habuerunt ; politiam talem, ubi soli sapientes regnent, una cum pace generali. Innotuit hæc fraternitas Ann. 1615. Anno vero 1617. fama & confessio fraternitatis Roseæ crucis edita fuit. Scripsit de his Andreas Libavius in continuatione Inquisitionis in Confessionem fratrum de Rosea cruce pag. 21. Art. 16. & vid. J. Siverti *Entdeckte Mumenschanz oder Nebel-Rappen der von Cassel aufgepflogenen Stumpel-Confession der Rosen-Kreuzer.* ut & saepius cit. B. Dn. Gerh.

## §. XVIII.

Succenturiandi his sunt Quackeri, & Independentes in Anglia, qui etiam profitentur regnum Christum universale futurum in his terris ante mundi interitum. Oblebatabant hi sese in primis somniis Enthusiasticis, & fuit peculiaris Secta eorum qui viri quintæ Monarchiæ vocabantur, & Londini tumultum magnum Anno 1661. superiori seculo excitabant. Assumpserunt nomen: Exercitus DEI, quasi conscripti essent ad delendos impios. v. Rev. Minist. Hamb. *Quäcker Greuel* A. 1661. c. 9. p. 292. de qua colluvie Quackerorum eruditissima habita est in hac universitate celeberrima Argent. Disput. à Viro Max. Rev. Ampliss. atque Excellentiss. Dn. D. Zentgravio nunc, & temporibus nostris S. S. Theol. D. & Profess. P. celeberrimo, & Convent. Ecclesiast. Præside graviss. sub Præsidio incomparabilis Theologi B. Dn. D. Dannhaweri, cuius Disp. Sect. 1. Artic. 2. §. 6. Sect. 2. Artic. 2. §. 6. &c. licet legere de hac re. Subjungimus M. Paulum Nagelium, qui uti finxit, mysteria singulorum siderum sibi uni & soli divinitùs revelata, ita hanc ob causam scripsit & edidit, Prognosticon in Annum 1624. In Philosophia sua nova lit. 1. 4. ita quoque scribit ; Wenn der Himmliche Adler geflogen kommt/ und Christus die Tausendjährige Welt-Freude allhier auf Erden anfänget/ solle der Römische Adler vertilget werden. Fuit porro qui-

quidam Chiliasmum stabiliens, cui nomen erat Paulus Felgenhauer/ scripsit hujus gratia varia, quorum præcipue spectant, Prodromus Evangelij æterni seu Chilias sancta, Vorrab des ewigen Evangelij / von dem Heil. tausend Jahr des Sabbaths und Ruhe des Volcs Gottes ic. editus est hic liber A. 1625. Ejusdem Monarchen Spiegel von zweyerien Reich/ Ed. A. 1633. ubi agitur vom Reich Christi und seiner Heiligen/ in der neuen zukünftigen Welt/ wie und wenn es werde angehen/ was für eine Weise und Wesen darinnen seyn wird/ und was es für ein Ende nehmen werde/ und in eine ewige Ewigkeit versetzt werden. Plura habet D. Bajer l. c. Ad hos pertinet quoque Jacobus Böhme/ sutor Görlicensis, paulo post vero, ex sutori factus Teutonicus Philosophus circa Annum 1623. quo etiam ad novum regnum invitavit homines. De quo Quirinus Kuhlmann in libello, cuius inscriptio est, Neubegeisterter Böhme. in cuius cap. 15. sunt 150. Weissagungen und Offenbahrungen der güldenen Eilien- und Rosen-Zeit / oder der glorwürdigste Jesus Monarchia ic. p. 117. & seq. Hic Quirinus Kuhlmann ex fanaticis opinionibus hujus Böhme confirmatus, etiam libello suo præfixit dedicationem, in qua hæc habentur. **I**esus Christus der König aller Könige/ und **H**err aller Herren/ kommt mit seiner versprochenen Eilien und Rose zur Wiederbringung des verlohrnen Adamischen Paradis-Eben/ daß wir mit Ihm die versprochene tausend Jahr regieren als Priester Gottes zum Vorschmack der ewigen Herrlichkeit. Allesluja. His adde Christianum Hoburg, (qui alias se Eliam Prætorium dicit) cuius liber blasphemus (sic enim appellat illum D. Bajerus l. c. p. 25.) A. 1645. editus & non ignotus. Titulus est: Spiegel der Missbräuche beym Predig. Ampt im heutigen Christenthum ic. Ubi inter abusus sexto loco posuit neglectum Chiliasmi, daß die Prediger die zukünftige Zeit Salomonis das Tausendjährige Reich nicht lehren ; sed huic responsum est à Rever. Minist. Lubec. Hamburg. & Luneb. in der Warnung vor dem Schand-Buch Eliæ Prætorij. Conf. eorund. Eehr und Schutz-Schrifft. c. 15. p. 586. Addimus Adolphum Heldium, concionatorem olim Stadensem, qui ex instituta dimensione templi ab Ezechiele & Johanne plures quam mille annos elicere vult. Cœpit etiam

etiam his annuere Joh. Roth Amsterodamensis & ideo annunciare quintam Monarchiam Christi; adhortatus quoque est Principes Europaeos ut bene observent Magistratus, imo ipsos depontant, quod factum est post ejus liberationem ex carcere, cui inclusus erat A. 1668. Post quinquennium autem Anno 1673. iterum prophetavit, & regnum posteriori Anno inchoaturum esse, libere & audacter affirmavit.

## §. XIX.

Impie quoque impudenter, & contra omnem Christianam modestiam agit is, qui Author est libelli istius cui titulus est: **Wunderbare Geheimnisse von dem heitlichen Triumph-Reiche Jesu Christi**, welches noch hier auff Erden vor dem Jüngsten Tag gewiss erscheinen wird/ wie solches die ganze H. Schrift Altes und Neues Testaments in sich hält/ dieses weiset und bezeuget ein freymüthiger Bekannter des Reichs Christi. editus est Anno 1693. impie & impudenter diximus hunc agere, hic enim licet videri velit, non ex classe eorum esse, qui corporaliter Christum ante diem novissimum è cælo redditum scribunt, sed ex classe eorum, qui spiritualiter felicitatem hanc intelligunt, tamen dicit & ostendit pag. 232. quomodo consentiat cum veteribus Papia, Polycarpo, Irenæo aliisque. Quos orthodoxos & verè fideles prædicat Christianos; è contrario vero calumniosè & imperite invehitur in eos, qui huic opinioni fanaticæ contradicunt, & nominat eos, heutige fleischliche Welt-Theologos und Teuffels Christen/ pag. 232. & pag. 235. æternæ damnationi sententiam contraria defendentes tradit; Ne autem quis putet, injuriâ nos lædere hunc conviciatorem, ponemus hic verba ejus propria, quæ continentur cap. 5. pag. 217. libelli. quod habet illud, was noch fünftig am Tage des Herrn auf der Schrifte soll erfüllt und offenbahren werden. Quod ex S. Scriptura se probaturum promittit, ipsum autem regnum antequam perfectè institutum erit, antecedent sequentia, p. 226. Dass 1. Babel oder die grosse Hauptstadt in dem Reich Babel soll so tieff erniedriget werden/ wie hoch sie in der Welt erhöhet worden/ sc. Fürs 2. so wird Babels Untergang und Gericht ein Anfang zur Erlösung/ und Aufgang Zion seyn/ sc. Fürs 3. soll alsdann die Hochzeit des Lamms/ dazu

E

bisher

bisher alle Menschen eingeladen/ ankommen/ daß sie offenbaret und gefeyret werde/ ic. Fürs 4. Damit nun solche Hochzeit des Lamms/ mit seiner Braut im Friede könne gefeyret werden/ so wird sich ihr Bräutigam und König Christus in und mit seinen Heiligen und Hünlichen Heer wider seiner Kirchen Feinde schrecklich offenbahren/ daß Er die Heyden mit ihren Häuptern und falschen Jerusalem richte/ ic. Fürs 5. wird Christus nach Vertilgung seiner Feinde/ und Versiegung des Satans in den Abgrund/ die Reiche der Welt einnehmen / mit Gerechtigkeit und Gericht anrichten/ seine Kinder und Jünger in aller Welt zu Richtern und Fürsten sezen/ ihnen das Gericht geben/ sein Volk/ wie dore Josua/ nach dieser elenden Pilgrimschafft zur Ruhe bringen/ seinen geistlichen Leib und Glieder auferwecken/ sein ganzes Israel zu Ihm versammeln/ alle bisher vom Thier verfolget und getötete wieder zusammen bringen/ sein Jerusalem und Zion bauen/ sein Reich herrlich offenbahren/ alles was davon bisher geweissaget ist/ erfüllen/ und also alle Glaubigen auf Juden und Heyden unter Ihm/ als einem Könige Hirten und Häupte zu einem Reich/ Leib und Schaffstall vereinigen/ daß Er sie hinsuro weide/ leite/ führe/ warte/ tröste/ beschütze/ herlich mache/ in die Gemeinschafft seiner Ehre/ Macht/ Herlichkeit/ Gerichts/ Reichs und Herrschaft über die Heyden mit Ihm erhöhe/ und in seiner offenbahren Hochzeit-Freude/ und wieder eröffneten Paradies/ ewig nach diesem kurzen Leiden einföhre und erquicke: darinn sie dann als eine Braut mit ihrem Bräutigam/ und Kinder bey ihren Eltern sich herlich mit ewiger Freude/ ohn allen Schmerzen und Traurigkeit freuen/ den freudenreichen Sabbath und Jubel-Jahr mit ihm feyren/ und in solcher Gemeinschafft tausend Jahr über ihm bis an den Jüngsten Tag leben/ herrschen und triumphiren werden. Ibid. In welchem tausendjährigen Reich dann nicht allein die ganze H. Schrifte/ sondern auch die vornehmisten Altväter und Märtyrer der reinen Kreuz-Kirchen in den ersten 300 Jahren/ mit uns ganz übereinstimmen/ als Papias, Polycarpus, Irenaeus, Apollinaris, Justinus, Tertullianus, Origines, Lactantius, Clemens Alexandrinus, und alle Orthodoxi Theologi, oder rechtglaubige Christen/ wie Justinus bezeuget/ dagegen die heutige Fleisch-

fleischliche Welt. Theologi und Teuffels. Christen mit all ihrem  
 Widersprechen nicht werth seyn/ daß sie jener Schatten oder Nah-  
 men angehen sollen/ so lange sie sich mit dem Satan wider Gottes  
 Reich/ Wort/ Geist und Krafft zum Streit antreiben und re-  
 gieren lassen. Zu dem sind noch heut viel Gottes gelehrt Män-  
 ner in allen Ländern/ unter allen Secten/ die mit uns einerley  
 hie von lehren/ die fleischliche Träume der Juden/ und fleischlichen  
 Chiliaisten verwerffen/ und für der Warheit des Wortis Gottes/  
 oder der himmlischen tausend Jahr uns durch Johannein und Chri-  
 stum geoffenbahret/ ritterlich wider den Drachen und seine Engel  
 mit uns streiten/ daher sie auch mit uns durch solch Wort ihrer  
 Zeugnus gewiß überwinden / und alsdann von Christo darüber  
 gekrönet werden sollen. Et pag. 235. pergit: Dieses ist Gottes  
 Wort/ Warheit und Ordnung/ die uns Gottes Geist lehret/ al-  
 les was nun damit überein kommt/ ist Warheit/ was aber hinfü-  
 ro damit nicht übereinstimmet/ ist Lügen. Wer nun anders oder  
 das Gegenteil als Johannes und der Geist Gottes von diesem  
 tausendjährigen Reich Christi auff Erden lehret/ der ist ja nicht  
 mit Christo/ sondern ein Antichrist/ auff welchen Gott alle Pla-  
 gen der Offenbahrung aufgiessen/ und ihn auf dem Buch des Le-  
 bens/ und auf der H. Stadt aufzilgen wird/ weil er das tausend-  
 jährige Reich und Gericht Christi über die Heyden auf der Offen-  
 bahrung weg thut und verläugnet. Apocal. XXII, 18. 19. Multa  
 præter hæc allegata calumniosa adhuc in libello hoc continentur,  
 quæ omnia afferre nimis prolixum esset. Existimo ex hisce sa-  
 tis clarum esse, nos minimè injuriâ affecisse eum, dum convicia-  
 torem impium & impudentem illum vocavimus. Tractatui huic  
 adjunctus alias esto, cuius Author Hermannus Jung/ qui fratrem  
 suum Authorem nimirum verborum quæ citavimus prodit, in ti-  
 tulo qui hic est: Hermannus Jungen Unwürdigen Dieners und  
 Gezeugen Jesu Christi/ in Monchendam: Hoffnung und Sinn  
 von diesen letzten Zeiten. Auff Begehren seines in dem HErrn  
 lieben und werthen Bruders Friderici Breckling/ in Einfalt auff-  
 gesetzet/ auff desselben Gezeugnus dieses Titels: Christus Judex,  
 Christus Richter. Ante biennium quoque vidimus prodiisse  
 scriptum quoddam, in quo Author Chiliasmum contra Her-

ma num Giblehr/ Past. Aspac. ordin. defendit, quippe qui hanc doctrinam impugnavit in Tractatu cuius titulus: Ultimus & novissimus dies Jesu Christi, das ist: Unvorgreifliche Gedanken von dem erfundenen warhaftigen Termino des letzten und Jüngsten Gerichts/ von Georg Herman Giblehrn/ Past. Aspac. ordin. quem refutavit quidam nomine suppresso in libro cui titulus: Auffrichtiges Bedencken/ über ( Tit.) Hn. Georg Hermann Giblehrs/ Past. Aspac. ordin. erfundenen warhaftigen Terminum, oder eigentliche Zeit des letzten und Jüngsten Gerichts/ durch einen Liebhaber Schrifft. gemässer Philadelphischen Kern. Lehren/ im Jahr Christi 1702. ubi reprehendit Giblerum quod contra Chiliasmum etiam nonnulla posuerit argumenta, è contrario vero conatur is eum probare & argumenta Gibleri refutare, de quibus in hujus libri cap. 4. de Chiliasmœ plurima inveniri possunt: è quo pauca ex pag. sc. 25. excerptemus, hæc: Denn er ( scil. Giblerus) meint/ weilen die Offenbahrung von nichts denn lauer Wahn beym Ende der Welt meldete/ so könne ja keine fröhliche Zeit/ als wie die tausend Jahr sind / erst vorher gehen: Aber der Herr Author siehet und mercket nicht/ daß gedachte Engel mit ihren Wehen nur beschlossen diese gegenwärtige arget nicht aber die noch zukünftige bessere und gloriöse Welt/ als welche das rechte Sanctum Millenarium est, so auff jexige böse Welt noch erfolgen wird/ und durch den siebenden Tag/ als ein rechter Sonn. Ruh. und Freuden. Tag vorgebildet ist/ nimmt aber nach solcher Zeit/ gleichwohl kein Ende/ sondern es ergiesset sich so dañ in die folgende Länge und unendliche Ewigkeit/ wann nemlich Christus selbiges/ (nicht das jexige Gnaden. sondern jenes das zukünftige tausendjährige Reich) Gott und dem Vatter überantworten/ und Gott alsdenn alles in allem seyn wird. I. Cor. XV. v. 24. — 28. Ibid. Es werden diese tausend Jahre die allerglückseligste und gesegnete Zeit seyn/ verglichen nach dem Fall unserer ersten Eltern bisher noch niemahls auff der Welt gewesen/ daher sie auch das heraliche Reich Christi genennet werden/ sc. Sunt adhuc multi alij ex Recentioribus etiam nostrorum temporum qui fautores hujus opinionis se fatentur, quos silentio præteritus, quoniam & in his recensendis sententiis nimis prolixo vi-


deri

deri possemus ; progredimur ad ea quæ restant c. IV. tractanda, nimirum Refutationem horum errorum, quam refutationem cum DEO ex Script. S. instituemus.

## CAPUT IV.

*Argumenta huic falsæ doctrinae opposita continent.*

## §. I.

 Uemadmodum igitur hæ variæ jam recensitæ sententiæ, de Seculo Aureo, sive deinde sint Judæorum, sive Christianorum & horum tam Veterum quam Recentiorum, plurimas sæpe turbas in Ecclesia derunt: ita & Theologis piis, Orthodoxis, quique Augustanæ Confessioni sincere addicti sunt, displicuerunt: Inprimis cum partim contra scripturam ipsam, partim contra August. Confessionem pugnant, uti rationibus & argumentis, quæ nunc in medium à nobis proferentur, ut spero apparebit.

## §. II.

Et Scriptura S. tam sufficiens ad salutem, ut nihil tanquam erendum, vel ut articulus fidei obtrudi præter Scripturam possit, aut debeat; cumque hæc ipsa sententia sit ἀγερότε, merito rejicitur, præsertim sub ea opinione, quasi damnabilis error sit, hanc opinionem vel impugnare, vel non proponere; uti hunc esse querundam errorem, supra dictum est. Nuspianum enim Scripturam rectè intellectam, de hoc regno, neque Vetus, neque Novum Testamentum dicit, quod ante novissimum diem, Christus fidelibus suis in his terris promiserit millenariam faustitatem & tam tranquillitatem, quam illenarij sperant atque desiderant, nec affirmavit Christus unquam se regnaturum in hoc terrarum orbe, in regno terreno, abolito peccato, omnibusq; malis quibus alias fideles & membra Ecclesiæ circumdari semper consueverunt. Unde & Author primus hujus erroris (Papias scil. ipse) ad traditiones Apostolicas originem ejus revocavit. Irenæus quoque lib. 5.

adv. hæret. cap. 7. p. 322. ea quæ de translatione animarum pia-  
rum in Paradisum terrestrem differit, ab Apostolorum discipulis  
per traditionem se accepisse afferit. Quæ traditio non scripta, no-  
bis non probat rem fidei & necessariam, cum & ipsa tamen Scri-  
pturæ S. adversatur, id quod vel ex Solius Pererij Confessione vi-  
dere licet, apud B. Gerhardum cuius hæc sunt : *Annotabo hac de  
re ingenuam Confessionem Pererij in Gen. l. 3. cap. 2. q. 5.* Irenæus af-  
firmat, se quod de *Paradiso* tradit, à Presbyteris Asiae, discipulis Apo-  
stolorum accepisse. Sed quid tum postea? an ideo, quodcunque ab ipsis  
Presbyteris proditum tanquam certum & indubitatum doctrina Christianæ  
dogma haberi debet? nonnè constat, illos ipsos Presbyteros eodem  
referente Irenæo quadam falsa & divinis literis contraria docuisse.  
Cum igitur primi hujus dogmatis Authores provocent ad tradi-  
tiones Apostolorum, & hoc ipso prodant silentium Sacrarum Li-  
terarum de hac opinione, fateri etiam coguntur hoc creditu ne-  
cessarium non esse, neque propterea turbandam Ecclesiam. Et si  
votorum amplitudo eundem errorem forte alicui persuadere co-  
netur, is meminerit, ut sibi opinionem servet privatim, nec de  
re Sacris Literis non expressa ulli litem moveat. Nam Totus status  
regni millenarij, aut imaginariae talis felicitatis, quanquam per tot  
temporis spatia ei solidando impensa sint curæ, non tamen firmiter  
consistere potest, deficiente fundamento omnium fortissimo. S. Scriptu-  
ra, inquit D. Rudrauff. Disputat. Inaugural. de Chiliasm. Veter.  
& Recent. vid. Syst. Theol. D. Quenstedt. l. c. p. 652.

## §. III.

Fuit ratio prima à silentio Scripturæ alia jam est afferenda,  
quod & S. Literis repugnat, & 2. ἀντίγραφο est. Contraria-  
tur enim α) Regni Christi proprietati, quippe quod non mun-  
danum & terrenum, sed spirituale & æternum est, sic enim Sal-  
vator noster Jesus Christus ipse Joh. XVIII, 36. loquitur: 'H βα-  
σιλεία οὐ εἰνὶ ἐστιν τὸ κόσμος τότε, Regnum meum non est ex hoc  
mundo. Sed est ἐπεργάντος sicut illud appellat Div. Apost. Paulus  
2. Tim. IV, v. 19. est in excelsis, εὐ υψηλοῖς Hebr. I, v. 3. est porro  
εὐ τοῖς ἐπεργάντοις, in cœlestibus, Epist. ad Ephes. I, 20. εὐ τοῖς ὑψη-  
λοῖς, in cœli, Hebr. VIII, 1. Et describunt dicta Scripturæ regnum  
Christi longè aliter, quam credunt Chilastæ; describitur regnum  
tripli-

triplici modo sumptum, quatenus triplex est, nimirum potentia, gratiae & gloria, regnum millenarium autem nullius generis est; primi generi non potest esse, hoc enim jam pridem adfuit, & non expectatur, nec potest esse secundi generis quod est illud Joh. XVIII. 36. non enim cum observatione venit, ut dicere possumus, ecce hic, aut ecce illic, Luc. XVII, 20. 21. nec tertij generis; quippe quod aeternum nec solummodo millenarium est, Esa. LX, 20. 21. Mich. IV, 7. Nullas etiam invenimus qualitates Regis mundani in Christo, abundant Monarchiae divitiis, hic describitur ut pauper, Zachar. IX, 9. Reges mundani sunt bellicosi, pacemque armis procurant; hic cœlestis mitis, mansuetus & pacificus est, Esa, XLII, 2. Quod ex processu judiciali apparuit cum crucifixus & imperfectus fuit ab improbis Judæis. *Reges gentium dominantur, vos non sic, inquit ipse Matth. XXII, 25. & 28. sicut & filius hominis non venit, ut sibi ministraretur, sed ut sibi ministraret.* Multa restant alia dicta de regno Christi differentia, quæ citantur à B. D. Gerh. l. c. Excipiunt quidem millenarij, hæc omnia dicta, tantum de primo Christi adventu in carnem accipienda esse; verum hæc exceptio nititur falsa illa hypothesi de Adventu secundo gloriose in terris per mille annos duraturo, quod tamen Scripturæ fundamento caret; unde eadem facilitate rejicitur, qua assertur. Qua de re bene B. Gerhard. l. cit. scribit: *Certè si Christus è cœlis in terras corporaliter esset descensurus, cum piis visibiliter conversaturus, & per mille annos in omni deliciarum genere cum ipsis versaturus, regnum Christi desineret esse cœlestē & aeternū, ac inciperet esse corporale, terrenum & transitorium, si que qualitas illa, quam velut iδιον πάθος Christi regno Prophetæ & Apostoli assignant, mutaretur.*

## §. IV.

Repugnat porro hæc sententia, β) Piorum in his terris fortunæ ac sorti; horum enim sors & fortuna in his terris, ita descripta in S. Scriptura extat, quæ nulli regno felicissimo & pacatissimo, sed periculis & calamitatibus exposita videtur. Piis enim nonnisi continuæ adversitatis in mundo denunciantur, patet hoc ex Genes. III, 17. cum Jehovah ita homini dixerit: *Quia obtemperasti voci uxoris tuae, ut comederes de arbore, de qua præcepī tibi,* dicen-

dicendo, non comedes de ea: maledicta esto terra proprie te; in dolore comedes ex ea omnibus diebus vita tuae. Et Matth. X, 38. Christus discipulis suis dicit: Καὶ ὁς ἐκ λαμβάνει τὸν στυχὸν αὐτῷ, καὶ ἀκολεύει ὡς πόνωμα, ἐκ τοῦ μὲν ἀξιῶθεν. i. e. Et qui quis non suscipit crucem suam, & sequitur post Me, non est Me dignus. & Marc. VIII, v. 34. cap. X, 2. Hæ adversitates non cessabunt nisi adveniente regno, (non millenario aureo) sed regno gloriae, cœlesti & æterni, de quo regno, Paulus in Act. Apostolorum c. XIV, 22. animas discipulorum confirmavit, & admonuit, ut permanerent in fide & quod per multas afflictiones oporteat nos ingredi in regnum DEI. Quod regnum Matth. V, 10. dicitur: ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, regnum cœlorum, regnum gloriae, Epist. ad Rom. VIII, 18. dum Apostolus dicit: Λογίζομαι γὰρ ὅπερ ἐκ ἀξίας τὰ παθήματα τῆς νῦν ζωῆς τῶν μέλλοντων δόξαν ἀποκαλυφθεῖν αἱ τοιαὶ ήμεραι: Arbitror enim, quod non dignæ sint passiones presentis temporis respectu gloriae, que futurum est, ut reveletur in nos. A quibus adversitatibus & malis liberationem etiam sperat Apost. Paulus in cœlo, non in his terris Timoth. IV, v. 18. dicens: Καὶ σύστημα με ὁ Κύριος ἀπό των τέργυρων πονηρῶν, καὶ σώσει τοὺς βασιλεῖας αὐτῶν τῶν ἐπτεργυρίων, ὃ οὐδὲ εἰς τὰς αἰώνας θύει αἰώνων, αἰματί. i. e. Sed & eripiet me Dominus ab omni opere malo, & salvum faciet in regnum suum cœlestis; cui gloria in secula seculorum Amen. Et hoc modo occurserunt longè plurimæ descriptiones in Scripturis quibus status piorum in his terris prædictitur, quibusque dictis DEUS semper Ecclesiam in Sacro Codice consolatur, unde B. Gerh. §. 82. p. 467. dicit: Non immerito quis dixerit totam Scripturam nihil aliud esse, quam perpetuam consolationem piis sub cruce in hac vita ingemiscenibus propositam: Christus & Apostoli non promiserant piis carnales in mundo delicias sed contra potius per contemptum voluptatum carnis, ac per patientiam & tolerantiam adversitatum ad regnum cœlorum contendendum esse docuerunt. Matth. XVI, 24. Luc. XIV, 26. Rom. V, & VI, 4. cap. VIII, 5. Tit. II, 12. I. Petr. I, 6. Ebr. X, 36. &c.

## §. V.

Refutamus quoque hanc opinionem Chiliaesticam quia contraria est γ) substantiali mundi corruptioni; in adventu enim solenni, qui ultimus erit, & statim post illum cœlum & terra trans-

transibunt, & à facie sedentis super thronum ita fugient, ut locus illis non amplius inveniatur Apocal. XX, II. Quando videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, cœlum & terra transibunt. Matth. XXIV, 30. & 35. Non autem per renovationem transibunt, aut per qualitatum immutationem, sed persubstantiale destructionem & abolitionem, & desinent esse ὑπάρχωσις, 2. Thessal. I, 7. 8. 2. Petr. III, 10. II. 12. Et universus terrarum orbis simul cum omnibus creaturis irrationalibus igne consumetur, inque nihilum reducetur, sicut & è nihilo omnia à D E O creata sunt. Nec exceptio quadrat eorum qui regnum millenarium defendunt, quando hanc abolitionem in posteriore demum adventu futuram esse, respondent, & hoc ipso distinguunt inter adventum Christi ad regnum millenarium, & ad judicium extremum; cum adventus Christi solennis, adventui gratiæ quotidiano oppositus tantum duplex sit: De quo Ecclesia sic canit: Sein erste Zukunfft in die Welt/ ist in sanftmütiger Gestalt / die andere wird erschrecklich seyn/ den Gottlosen zur grossen Pein. Adventus est in carnem, & adventus ad extremum judicium, tertium adventum solennem, qui inter primum & ultimum medius sit, Scriptura ignorat. Et Apost. Paulus nescit alium JEsu Christi adventum nisi illum, cum judicio extremo & resurrectione mortuorum immedietè connexum, 2. Timoth. IV, I. Marc. XIII, 29. 27. 1. Theff. IV, 15. 16. 2. Theff. I, 5. &c. ubi loco 2. Tim. IV, 1. expressè regni inchoationem cum ἐπιφανείᾳ Christi τὸ μέλλοντον κείνην ζῶντας καὶ νεκρούς, Apostolus connectit his verbis: Διαμαρτυρόμας δὲ ἐγὼ ἀνώπον τὸ Θεῖον, καὶ τὸ κείνην Ἰησοῦν Χριστὸν μέλλοντον κείνην ζῶντας καὶ νεκρούς καὶ τὴν ἐπιφανείαν αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Obtestor itaque ego coram D E O, & Domino Iesu Christo, qui iudicaturus est vivos ac mortuos, juxta apparitionem ipsius, & regnum ipsius.

## §. VI.

Improbamus, nec admittimus hanc sententiam, ut δ) Diei novissimæ appropinquationi, contrariam. Annunciavit Salvator noster discipulis suis illa signa extremum judicium antecedentia, eosque admonuit, ut bene illa observarent, dicendo ad illos: Luc. XX, 31. Ὁταν ἴδητε ταῦτα γνόμενα, μνάσκετε ὅπερ ἐγγένεται βασιλείαν.

in Basileia tñ Θεò, quando videritis hæc fieri, cognoscite, quod prope  
fit regnum DEI. Jam autem non ignoramus nos, illa prædicta  
signa temporibus nostris facta jam plurima, imò quotidianis tem-  
poribus vaticinia adhuc implentur, in primis cum tempora tristis-  
tissima tam in corporalibus quam spiritualibus aperte cognoscantur;  
& colluvies malorum orbem terrarum jam inundavit & af-  
flictio magna sit; sic ut ratio nulla sit cur dubitemus, quin dies  
novissimus mundique finis instet, præsertim quod Apostolus Pau-  
lus jam suis temporibus ante tot secula suis scripsit Corinthiis,  
1. Cor. X, 11. (quæ omnia scripta sint ad eorum admonitionem,) *οις ἡσ τὰ τέλη τὴν αἰώνων κατέλυθον, in quos fines seculorum occur-  
serunt.* Si autem illi fuerunt, in quos fines seculorum jam incur-  
rerunt, necesse est, ut omnes fateamur, nullum ferè tempus su-  
peresse usque ad Domini nostri Iesu Christi adventum solennem.  
Erant igitur Chiliaست potissimum in hoc, quod describant secu-  
lum novum & aureum, ut nondum inceptum, sed adhuc expe-  
ctandum, quod si ita est, pluribus jam seculis elapsis non dum  
instabit finis seculorum, qui tum jam ante mille & sex centos an-  
nos erat in propinquuo teste Apostolo; quæ absurdâ esse, & phra-  
si Scripturæ minimè congrua, nemo est forte, qui non videat.

## §. VII.

Contradicunt porro somnia millenarium seculum spectan-  
tia etiam ε) Mortuorum unicæ & universali resurrectioni; Fiet  
universalis omnium hominum resurrectio in die novissimo, sicut  
patet ex Disputatione illa Christi cum Judæis de Sabbatho habi-  
ta, & de suâ personâ & potestate, cum ita Judæis respondet: ex  
vers. 27. & 28. Joh. c. V. Καὶ ὅξεοίς ἐσωχεὶς ἀπὸ ρεὶς κείσιν ποιῶν,  
ἴπ οὖς ἀνθρώπους ἔστι. Μὴ δικαιάζετε τὸν. ὅπ λέγεται ὁρέας ὃν ἡ πάν-  
τες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ἀκόντων τῆς φωνῆς ἀντί. Et potestatem de-  
dit Ipsi etiam judicium faciendi; quia filius hominis est. Ne mira-  
mini hoc: quoniam venit hora, in qua omnes, qui in monumentis,  
audient vocem ipsius. Ubi Christus non dicit quidam tantum  
vocem ejus audient, sed addit vocabulum universalitatem inclu-  
dens & dicit, εν ἡ πάντες, in qua omnes, quicunque nimirum  
mortui sunt, piij & impij, justi & injusti, vocem judicis justi au-  
dient. Et hoc fiet non ante, sed in die extremo, quod patet ex  
cap.

cap. VI. Joh. v. 39. ἀλλὰ ἀνάστως ἀπὸ τῆς ζεχάτης μύρα, Sed resuscitabo illud in extremo die. Si vero Christus mille per annos cum suis regnare vellet, non dixisset in die extremo resuscitabo illud, (scil. quod Pater mihi dedit) sed ante illum diem; Ergo non datur particularis resurrectio. Unica est hæc universalis resurrectio, adventu enim solenni Christus omnes simul, resuscitaturus est, & simul omnes resurgent, nec quidam in monumentis remansuri sunt, sed quisque ad tribunal Christi accedere & sententiam Judicis audire debet, nec ullibi distinguit Scriptura S. inter resurrectionem piorum & impiorum corporalem, quo dum uno eodemque tempore, uno momento futura sit, quæ resurrectio ultimi diei est, videre hoc licet ex Joh. XI. 24. quando soror Lazari dicit, scio quod resurget in resurrectione in novissimo die, quibus Martha nos docet non dari aliam quam ultimi diei resurrectionem; neque id male, ob hoc enim non legitur reprehensa à Christo, qui tamen si error sub hac latuisset sententiâ, non tacuisset, cum de aliis ibidem Martham & monuerit, & castigaverit.

### §. VIII.

Quod mille anni non restent, regni alterius novi, ante diem extremum in his terris, exinde porro etiam probamus, quia repugnat (2) conditioni vitæ humanæ & fidei usque ad finem mundi; Luc. XVIII, v. 8. præsagiit Christus de seipso, quod ille, quando venerit vix reperturus sit fidem in terrâ, filius hominis, inquit, quum venerit an reperturus est fidem in terra? quibus indicare vult hominum in terra eo tempore versantium, tantam malitiam, DEI & verbi ejus tantum contemptum, ut fides rara non tantum futura sit, sed & omnino interitura, saltem quoad externa signa, ut notat B. D. Dannhaw. Hodos. p. 172. & magna quoque raritas verè fidelium præ cumulo malorum; unde & 2. Thess. II, 3. in genere ἡ ἀποστολή appellatur, quæ cum felicitate illa temporum imaginaria, quibus fides, charitas, puritasque Christo ipso præsidente felicissimè florebunt, consistere minimè potest. Et si conjungantur quæ Apostolus loco cit. habet plura apparebit, quod non Seculo aliquo Aureo, sed tempore periculosisimo & calamitosissimo Christus veniet, ob αἰμάτια, ob

hominum impietatem & grassantem injustitiam & charitatem rigentem.

## §. IX.

Notamus præterea quod variis Scripturæ dictis contradicat hæc doctrina, quamobrem etiam illam in genere rejicimus. Scimus ex descriptione regnum apud Danielem, c. XII. quod ultima tempora miserrima sint futura, & quod finito quarto regno resurrectio sequetur, unde Dan. cap. XII. v. 1. ita loquitur: *Ceterum in tempore isto surget Michael Princeps magnus, qui stat pro filii populi tui, eritque tempus Angustie, quale non fuit, ex quo gens (est) usque ad tempus hoc: in tempore tamen hoc, eripietur populus tuus, omnis qui invenietur scriptus in libro & cap. II. Daniel nos docet, quod colossus Danieliticus non inversus aureo nitatur capite, sed pedibus luto-ferreis usque ad revolutionem lapidis, quo percutiebatur; inquit B. Kromayerus Th. Pos. Pol. Artic. 22. §. 3. p. 1183.* Ergo ultima tempora ante finitum quartum Regnum ferrea, non aurea dici possunt. Ex scripturis porro etiam scimus hoc, cui contrariantur hæc opiniones Aurei Seculi, quod tempus judicij extremi nobis ignotum esse debet, Matth. XXIV. vers. 36. dicit Hierosolymitanis & Discipulis suis, de die tamen illa & hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum, sed Pater meus solus. Si vero regnum adhuc esset millenarium futurum usque ad diem novissimum, foret utique ad annum & diem notissimum. Christus quoque non promisit, se quando redierit, in terra mansurum esse nobiscum, potius spem nobis fecit, quod in cœlum translati, cum ipso æternum mansuri simus, Joh. XIV, v. 3. 2. Cor. V. v. 19. Hi deinde pi, & ex mortuis in vitam revocati & in cœlum translati dicuntur futuri ἰσαγγελοι, Matth. XXII. v. 30. Marc. XII, 25. Luc. XX, 36. & hæredes vitaæ æternæ, Dan. XII, 2. Matth. XXV, 46 possidentes regnum paratum ipsis à constitutione mundi, Matth. XXV, 34. hoc vero regnum non consistit in cibo potu & deliciis corporalibus, sed in pace, justitia & gaudio in Spiritu Sancto, Rom. XIV, 17. unde fideles satiandi sunt conspectu DEI, Psalm. XVII. v. ult. & Apocal. VII, v. 16 17. Neque esurient amplius, neque sitient amplius, neque cadet super eos sol, neque ullus æstus: quia agnus, qui in medio thro-

throni, pascet eos, & deducet eos ad vivos fontes aquarum : & delebit DEUS omnem lachrymam ab oculis eorum.

## §. X.

Hactenus ex Scripturæ Sacræ dictis, quorum authoritas indubia est apudpios, probatum dedimus, Aureum istud Seculum salva verbi Divini Authoritate, consistere non posse; jam etiam ab authoritate humana testimonium ducturi sumus, quod quidem apud eosdem, qui eandem fidem, & fidei symbola profitentur, autoritatis aliquid habere poterit, tanto magis, quod in Aug. Confess. Art. 17. opinio ista rejicitur, hæc enim verba A. C. sunt : *Damnant Anabaptistas, qui sentiunt, hominibus damnatis ac Diabolis finem pœnarum futurum esse. Damnant & alios, qui nunc spargunt Iudaicas, opiniones, quod ante resurrectionem mortuorum, p̄ij regnum mundi occupaturi sunt, ubique oppressū impiis. Quibus verbis non tantum rejicitur illa ἀποκαταστάσια πάτων, & restitutio omnium, hodie nimis decantata & amata multis, quæ per tot aἰῶνας purgatis in inferno diabolis & impiis finem pœnarum promittit; sed & expressè regnum illud Chiliasticum rejicitur, conf. Apol. A. C. p. 217. ad quæ B. D. Mylius in August. Confess. Art. 17. p. 236. Duo sunt errores, quorum expressa ponitur in Antithesi condemnatio priorem Anabaptisticum confessio appellat, — alter iudaizantium esse dicitur, &c. B. D. Hutterus Disp. 21. in A. C. §. 79. scribit: Vtriusque erroris fœditas vel ex nuda eorum recitatione cuivis est obvia. conf. B. Menz. Exeg. Aug. Confess. Art. 17. p. 569. Si quis vero aliorum autoritatem obvertat, cogitet, pro nostra sententia stare aperta satis A. C. verba, & ad animum revocet serio, quod B. Mylius l. c. p. 237. adjecit monitum; *Meminerimus sic cum Ecclesia Doctores recipere, ne cum Doctoribus Ecclesiae fidem deseramus.* Existimamus igitur non sine fundemento nos rejecisse & refutasse hanc Scripturæ Sacræ & Aug. Confess. doctrinam contrariam, præsertim cum adversariorum objectiones tanti non sint, ut aliud nobis persuadere possint, de quibus jam ultimo capite dispiciendum erit paucis.*

## CAPUT V. &amp; Ultimum.

*In quo Objectiones Millenariorum  
solvuntur.*

## §. I.



D defendendam igitur sententiam de regno quodam Chilasticō, notum est, quod varia fautores regni istius, dicta & vaticinia prophētica objiciant, quibus nituntur; quae tamen prudenter discernenda sunt. Alia enim loquuntur de beneficiis corporalibus, nimirum de multiplicatione posteritatis, de introductione in terram Canaan, liberatione ex captivitate Babylonica &c. Alia vero agunt de beneficiis spiritualibus, videlicet de vocatione gentium per prædicationem Evangelij in N. Test. & communicacione cœlestis gloriæ in vita æterna. Vaticiniorum priorum complementum ut jamdiu completum exspectare amplius non possumus, dum multiplicationem seminis Abrahæ hujusque promissionem spectabant. Posteriora vero jam incepta, continuabuntur usque ad finem mundi; porro notandum est, quod vaticinia quædam, præprimis autem historica & didactica, tam generalia, quam specialia accipienda sint ἡ̄ ισοεκώ̄ς, quædam vero μυστικώ̄ς, τυπικώ̄ς, συμβολικώ̄ς καὶ ἀληγορικώ̄ς, ad quæ posteriora illa dicta pertinent, quæ statum Ecclesiæ militantem in N. Test. & statum triumphantem atque gloriosum in cœlis, verbis metaphoricis depingunt. Multa quoque à Prophetis de regno Christi dicuntur verbis iis ex mundani & terreni cuiusdam regni constitutione desumptis, quod ex Psalm. XLV. apparet, ubi tamen Prophetæ saepe spirituales cogitationes inculcant, uno & altero inserto vocabulo, quod à terrenis ad cœlestia abstrahendum monet. Quæ in genere benè observanda esse putamus, in explicandis illis locis quæ à millenariis afferuntur ad probandam opinionem Chilasticam; sicut hoc in specie apparebit, quando mox illorum objectiones singulas pro instituti ratione excutiemus.

## §. II.

## §. II.

Primum ergo & palmarium locum pro Chiliasmico regno iudicant illum, qui est Apocal. cap. XX. v. 1. 2. 3. 4. &c: qui locus Apocalypticus commune solet esse asilum Chilistarum & fanaticorum omnium, cum Theologus S. Johannes ita dicat. Postea ridi Angelum descendenter è cælo, qui habebat clavem abyssi, & cætenam magnam super manus sua, hic comprehendit Draconem, serpentinum antiquum, qui est diabolus & Satan. : Vinxitque eum mille annos: conjectaque eum in abyssum, & conclusit eum & obsignavit super eo, ut non seduceret gentes amplius, usque dum consummarentur mille anni. Postea verò oportet illum solvi exiguum tempus &c. Ex his & sequentibus verbis regni Chilasticci descriptionem & durationem ut perspicuè delineatam probare volunt, & contendunt unanimiter Regnum mille annorum vocari, contradistinctum æternō in cœlis inchoando; Ergo regnum millenarium in terra designari. Sed notamus primò, quod Caput hoc XX. Apocal. non sequatur ordinem temporis, sed visionum, fuit enim abjectio bestiæ in stagnum igneum cap. XIX. Tempore posterior alligatione Draconis. Id namque quod conjunctum est cum adventu Christi illustri (abjectio bestiæ 2. Thess. II. 8.) non habet post se ullum eventum Ecclesiæ militantis. Opinio igitur post Anti-christum extinctum, fore initium millenarii, cadit. Deinde considerandus est Angelus ligans, qui est Christus, Illi enim adjuncta & effecta in textu huic Angelo attributa optimè convenient, Et Christus sæpiissimè in scripturis dicitur Angelus. Porro considerandus quoque est in hoc loco Satan ligatus; Ligatio autem Sathanæ non est omnimoda virium Sathanicarum repressio, ut quæ Ecclesiæ militanti nuspia promissa, sed inducias tantum à sanguinaria & hostili persecuzione aperta & restrictionem furoris diabolici in tantum, non in totum denotat. Tempus enim non fuit, nec erit, quo Satan non virus suum effuderit adversus fideles, calcaneumque Christi mordere perrexerit. Tertio observandus est quoque ligationis finis, de quo textus hæc habet; ut non seduceret amplius gentes. Deceperat antea diabolus gentes horribilibus diabolicis cultibus, Evangelique prædicationem impedivat, sed nunc constringitur ne amplius seducat libera scil. grassatione,

tione, omnimodam eam liberationem ab hoste hoc infernali, Ecclesiæ suæ Christus nunquam promisit, quotidie enim adhuc nos circumit, sicut leo rugiens, attamen Christum ligaturum illum esse quoad tempus quoddam, textus nos docet. Quod tempus ligationis nec textus noster silet, mille enim annos exstat, vinxisse illum, ubi notandum quod multi existiment, Mille annos pro indefinito numero annorum hic positos esse, inter quos Augustinus libr. XX. de Civ. Dei cap. 7. teste B. Dañhavv. *Xεισορρογία* Art. X. sect. III p. 357. Et quamvis alijs in sacro Codice Spiritus Sanctus loquutione Synecdochica ponet numerum certum pro incerto, non tamen à proprietate verborum nobis hic discedendum esse censemus, & quia numerus hic millenarius in textu nostro sexies prontus repetitur, id eo verissimilius videtur, hic non de infinito & incerto sed definito & certo tempore Spiritum Sanctum loqui. Maxima autem difficultas orta est inter interpretes, quod initium & finem horum annorum attinet, quando sint inchoandi, & ubi sint terminandi. Existimat B. Calov. Syn. Controv. ad hunc locum, quod non adeò certi possimus esse, nec aliquid certi definire, cum ex eventu nondum omnia probata sint, quod ad terminum à quo & ad quem numerationis hujus Satanicæ ligationis pertineat; attamen dicit quod plerique interpretes annos illos à Constantino M. usque ad Gogi & Magogi incrementa extendant, ut ita seculo XIII, jam desierint. Cum quo & nos, quantum ex collatione textus Apocalypticus deprehendi potuit, & cum multis alijs Orthodoxis Theologis, censemus ordiendum esse mille annorum initium, ab Anno Christi 306. vel 308. vel circiter. Putamus probari posse sententiam nostram exinde, quia ex historia Ecclesiastica constat, quod primis seculis post Christum natum, ita Diabolus sacererit, virusque suum adversus fideles Christi discipulos effuderit, ut post unam persecutionem crudelēm, crudelior altera suscitata sit, donec tandem ultima & atrocissima per decem annos continuata & finita videbatur. Post hanc persecutionem vero pax Ecclesiæ à Constantino M. restituta, & gloriosissimo Imperatore hoc regnante persecutions conquiererunt. Non quidem ita, quasi Diabolus prorsus nullam potestatem in vinculis suis exercuerit in Ecclesiā.

siam DEI; sed sicut gradus furoris diabolici sunt, ita hic immanis furor restrictus fuit, & durantibus hisce mille annis Diabolus non prorsus cessavit Ecclesiam torquere. Hoc igitur esset initium horum mille annorum, & terminus à quo. Terminum ad quem sive finem quod attinet, ille facile nunc demonstrari potest, dum dicimus nos, sermonem esse in textu nostro, de tempore certo & finito, patet igitur ex historia quod solutio Sathanæ facta sit tempore regni Ottomannici, circa hoc tempus enim, pertinacius & crudelius persequutus est Sathanas Ecclesiam Christi, quo tempore Turcarum Sultanus Othomannus, non tantum robur acquisivit maximum, sed & cum successoribus suis magnas inflxit Christianis calamitates, hoc itaque esset tempus ligationis Sathanæ, tam quoad initium quam quoad finem. Quod ex verbis textus Apocalyptic probamus, quando cap. XX. v. 3. dicitur: Καὶ ἔβαλεν ἀπὸν (δέρκωντα) εἰς τὸν ἀβύσσον, καὶ ἐκλείσθη ἀπὸν; καὶ ἐσφράγισε ἐπάνω ἀπὸν, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔστιν ἐπ., αὐχεῖ πελεθῆ τὰ χίλια ἔτη μετὰ τῶν ταῦτα δεῖ ἀπὸν λυθῆναι μηκέντεν χρόνον, i. e. Et conjectit eum (Draconem) in abyssum, quam occlusit & obsignavit super eum, ut non seduceret amplius gentes, donec consumarentur anni mille: nam postea oportet eum solvi ad exiguum tempus. cum quibus conferenda sunt quæ adducuntur v. 7. & 8. dicitur in textu quod oporteat solvi ad exiguum tempus, quod tempus exiguum est & μηκέν respectu illorum mille annorum, quibus ligatus & vincitus fuit Sathanas, per tantum enim temporis spatium non solutus erit; quæ sententia ex eo quoque suadetur, quod supra caput præced. ostensum felicem temporum statum ante finem mundi Ecclesiæ non contingere.

## §. III.

De animabus autem pugna quoque est, quando ita in textu Apocal. Johannes loquitur v. 4. & 5. Καὶ εἶδον δέρκες, καὶ ἐκάθισαν ἐπὸν ἀπότες, καὶ κεῖμα ἐδύνθη ἀπότοις. καὶ τὰς φυχὰς τῷ πεπλεκτομένῳ δῆλον μαρτυρεῖαν. Ινστος καὶ δῆλον τὸν λόγον τὸν Θεόν, καὶ ὅπινες καὶ φρεσκώντος τῷ θηρίῳ ὑπὲ τὸν εἰκόνα ἀπότες, &c. Vidi porro thronos, consideruntq; super iis & iudicium datum est illis: Animas etiam securi percussorum propter testimonium IESV, & propter verbum DEI, & qui non aderaverat bestiam neque imaginem ejus &c. Dicunt

G


Mil-

Millenarii hic sermonem esse non tantum de animabus, sine corpore existentibus, & quia fit mentio vitæ & primæ resurrectionis, hinc patere, non solas animas, sed etiam corpora resuscitata illud regnum millenarium ingredi, sed observamus, quod loquatur vers. 4. de animabus solum in cœlo regnantibus, non de sanctis corpore & anima constantibus in terra, quales incolas regni sui Chiliaстæ constituunt. Patet hoc quia in textu vocabulum ἑξηστας, non ἀνέξηστας, vixerunt, non revixerunt, quod posterius competit corporibus resuscitatis. Si quis vero pro ἑξηστας, substituere velit ἀνέξηστας, illudque autoritate b. D. Dañhavveri adstruere conetur, ei jam satis respondit Max. Venerand. Dn. D. Zentgravius Patronus & Præceptor meus suīmâ Observantiâ colendus in disputatione Año 1703. de Origenismo, Eclogismo, Syncretismo, & Pietismo Respondente Dn. Heusio Argent. habitâ. Deinde quando mentio fit resurrectionis primæ, non resurrectio corporalis intelligenda, sed de alia peculiari quadam resurrectione animarum, ad statum gloriæ, in Regno Christi cœlesti, loquitur Johannes, quæ evectio & translatio ad beatam vitam ἀνάστασis prima vocatur, quia post mortem temporalem præcedit tempore resurrectionem illam in extremo judicio universalem. Observante B. Dn. D. Hoe Comment. in Apocal. pag. 273. Objiciunt porro Chiliaстæ ex versu 2. cap. XXI. Apocal. ubi legitur: Hierosolymam novam descendisse de cœlo; Ergo sedes hæc novi regni erit in terra. Sed respond. cum D. Quenstedt. l. c. quod hic non exprimatur descensus localis & realis, qualem Millenarii arbitrantur, in terram. Dum in visione tantum Johanni Theologo oblata fuerit, non statim re ipsa nova Hierosolyma, quatenus descensu tali imaginario de cœlo Johanni in terra existenti Idea repræsentabatur. Multas ex capite hoc XX. Apocal. objectiones adhuc habet citatus D. Quenstedt. quas etiam eruditè solvit, eas vero in nostra Disput. proponere admodum prolixè esset, possunt illæ citatis locis legi, exque eruditis solutionibus error Chiliaстarum ab illis frustra defensus examinari. Sunt alia quædam ex Ezechiele, ex Cantico Mosis & vaticiniis Prophetarum, quæ huc solent vel duci, vel applicari à sententiæ Chiliaстicæ fautoribus; sed illa partim mituntur ingenio humano, nec in Scriptura fundamentum habent

foli-

solidum ; partim præconceptam opinionem indicant , absque  
qua si essent Chiliaſmi Patroni , nunquam in eam devenissent sen-  
tentiam. Cum autem illa à Coſmentatoribus orthodoxis fatis ſint  
discuſſa , neque ratio iſtituti permittat omnia hic in chartam  
conjicere , reſervamus ea publico examini ; & in hiſ acquiescimus ;  
Agentes gratias humillimas D E O Patri misericordiarum , quod  
gratia Spiritus Sancti huic iſtituto adeffe dignatus eſt , rogamuſ-  
que immensam D E I misericordiam ut propter Dominum no-  
ſtrum J E S U M Christum deinceps quoque nos ducere  
velit in viam rectam & omnem veritatem ,

A M E N.



*Aurea confutas bene ſecula , dulcis Amice ,  
Aureus inde tibi in ſecula ſurget honos .  
Aurea in hoc mundo ſi ſecula dantur , oportet ,  
Quas Christus docuit , demutilare preces ;  
Nil opus oratu : nos omnibus exime noxiis ;  
Expungenda precum clauſula talis erit .  
Secula forſan erunt aurata , ſed aurea nunquam ;  
Auro nam proſtant jura , amor atque fides .  
Non tamen hoc oberit , dum tu aurea ſēcla refelliſſis  
Aurea quin optem ſecula , Amice , Tibi .*

Hacce  
Praclarissimo DN. Respondenti  
gratulabundus  
apponere voluit , debuit ;

M. Joh. Daniel Bär/ Argent.  
p. t. Ecclesiast. & Gymnasiarcha  
Colmariensis.

G 2

Discutis

**D**iscutis egregiè; quum *Mille ferociter annos*  
Vana superstitione credat habere Fidem.  
Illa etiam nostrum corrupit Opinio Seclum,  
Et meruit summis esse refracta Viris.  
Perge; Fidem tantis quam tu nunc detrahis Annis,  
Ut referant Laudes Secula mille tuas.

*Lubens meritoq; apposuit*

F. J. K.



**Q**uando sub examen revocas, doctissime *Amice*,  
*Secla* parata piis, quæ credunt esse futura  
*Aurea*, sed metuas, ne plus quam ferrea fiant.  
Quæsitum tractas Doctorum examine dignum  
Ast ea, quæ dulces somnos, commentaque vana  
Appellant alij, *Tu* quando nulla futura  
*Aurea secla* probas, fractis telis inimicis;  
Excultum ingenium, mentisque ostendis acumen.  
Grator utrumque *Tibi*: Numen *Tua* cœpta secundet,  
Porro *Tuis* quod si studiis cura invigilabis,  
Quéis dulces capies fructus, mox tempora cernes.  
Sic quærrens fructus, vano haud conamine fructus  
Colligit aurigeros, in secula plura perennes.

*Fausti ominis & benevolentiae ergo*  
f.

**M. Jo. Joachimus Zentgravius,**  
Past. Handsch.



Coll. Diss. A 175, misc 38